HIs ergo q̄ predix imus aliisqꝫ quas enūerare longissimū est eo crescēte v̄tutibus: sctissim⁹ de illo benedict⁹ plerūqꝫ in cōuētu fratrū suppꝰsso ei⁹ noie quasi de alio loq̄bat iuniorib⁹ ⁊ negligētioribus illū ꝓponens seq̄ndum. Uidimus aiebat nostra etate quēdam strenuissime nobilitatis iuuenē infra adolescētie annos: ita ois monastice religionis subito arripuisse perfectionē: vt arripi et ꝑoribus similis: immo eq̄lis per omnia dignissime iudicetur. Sꝫ licet hoc beatissim⁹ deoqꝫ dilectus maurus an nonnulli ex frībus: de eo sanctissimi ore benedicti ꝓferri scirent: nunquā tamē ille p hoc vicio succubuit iactantie. Ardua semper ⁊ sanctiora appetēs ⁊ toto conamine de v̄tute i v̄tutē ꝓficere studēs. Tu. aūt.

In natale scti Marcelli pape.

TEmpe quo maximiau⁹ augustus rediēs de ptib⁹ affrice ad vrbē romā: volēs placere diocleciano augusto: vt in noie eius ter Lectio. i.

mas a solo edificaret: cepit in inuidiã xpianorũ oẽs milites sine romanos oẽs ad afflictionẽ laboris compellere. Et p varia loca alios ad lapides: alios ad arenã fodiendã damnauit. Lu aũt.

In ipso tpe erat vir xpianissim⁹ nomine tarson: Lec. ij. vir potens z locuplex: z vita fidelis. Hic cũ vidisset affligi xpianos: ad fatigationẽ z laborẽ: cepit de sua facultate sanctis martyribus alimoniam z victũ ministrare per viros xpianos: sisinniũ z ciriacum: z smaragdum z largum. Lectio. iij.

Hec audiens beatus marcell⁹ papa romane vrbis: gaudio repletus est de belemosina quã tarson sctis ministrabat. Et rogans ad se venire sanctos viros z seruos dñi nři iesu xpi. sisiniũ ciriacũ: z smaragdũ z largũ inquisiuit ab eis: z notũ fecerũt sancto marcello pape quomodo tarson sanctis martyribus ministrabat. Tunc gaudio replet⁹: ducens cõsiliũ consecrauit sisinniũ z ciriacũ diaconos eccl'ie romane. Factũ ẽ autẽ: vt vna nocte cum deferrent humeris suis victũ: quẽ tarsom ministrabat: tẽti sũt a paganis: z ducti sũt ad tribunũ expuriũ. Lu aũt.

Suscipiens aũteos tribunus reclusit i custodia Lec. iiij. publica. Post diem aũt tertiũ: nũciauit maximiano augusto. Hec cum audisset maximianus: iussit vt cũ custodia ipsi foderẽt arenã. Et humeris suis ipi portarẽt: vsqz ad locũ vbi termas edificabatur. Lu aũt. Lectio. v.

Erat igit' vir (me edificabatur. Lu aũt. Lectio. v.) senex inter eos noĩe saturnin⁹: q iã senectute macerat⁹ fuerat: z ceperunt eũ ad portãdũ iuuare. Hec cũ vidissẽt custodes fieri qa sisinnius z ciriac⁹ dicti sarcinas suas z aliorũ cũ adiutorio xpi portarent: mirati sunt: z nũciauerũt tribuno expurio.

Tunc tribun⁹ nũciauit maximiano augusto (Lu aũt. Le. vj.) dicens: q cũ hymnis deo z oĩ veneratione xpo gl'iaz dabãt. Eodem tpe misit maximian⁹ august⁹: z iussit sibi sisinniũ presentari. Qui cũ pñtatus fuisset: dixit ad eũ maximianus. Quis vocaris: Respõdit. Ego peccator sisinnius fuus fuorũ dñi nři ihu xpi. Maximian⁹ august⁹ dixit. Que carmia sũt vobis: Rñdit sisini⁹ diacon⁹ dicẽs. Si cognosceres q̃ carmia sũt fideliũ scires creatorẽ tuũ. Rñdit maximian⁹ august⁹. Et qs ẽ creator nisi inuict⁹ hercules: Respondit sisinnius diaconus. Nob is turpe est: vel nominare vel audire. Lu autem.

In natale sctõrum Fabiani z seba

De sanctis fabiano ꝛ sebastiano.

IN dieb⁹ illis: sebastianus (stiani. Lectio. i.
vir xp̄ianissim⁹ mediolanēsiū vrbis erudit⁹: ci
uis vero narbonēsis extitit. Diocletiano ꝛ ma
ximiano imꝑatorib⁹ ita charus erat: vt princi-
patū ei ꝑme cohoꝛtis traderēt: ꝛ suo eū ꝯspectui
iuberēt semꝑ adstare. Erat eni vir toti⁹ prudētie: i sermone ve
rax: in iudicio iust⁹ i cōsilio prouidus: in cōmisso fidelis: i inter
uentu strēnuus: in bonitate cōspicu⁹: in vniuersa moꝛū honesta
te preclarus. Hūc igit̄ milites ac si patrē venerabant̄. Hūc vni
uersi q̄ ꝑerāt palacio charissimo venerabant̄ affectu. Erat eni
verus dei cultoꝛ: ꝛ necesse erat: vt quē de⁹ ꝑfuderat gr̄a: ab oī
bus amaret̄. Xp̄o quotidie sedulū exhibebat officiū: sed age-
bat q̄tinus hoc sacrilegis regib⁹ eēt occultū. Nō passionis ti
moꝛe perterritus: nec patrimonij sui amoꝛe cōstrict⁹. Sꝫ ad hoc
tantū sub clamide terreni imꝑij xp̄i militē tegebat abscōditus:
vt xp̄ianoꝛū aīas quos inter toꝛmēta videbat deficere confoꝛta
ret: ꝛ deo redderet aīas q̄s diabol⁹ conabatur auferre. Deniqꝫ
postquā martyrū mētes mlt̄as a timoꝛe passionis eripuit: ꝛ ad
coꝛonā gloꝛie ꝑpetue incitauit. Ip̄e quoqꝫ q̄se eēt appuit: q̄a lu
mē in tenebris latere nō potuit. Clarissimis igit̄ viris marcel-
liano ꝛ marco duob⁹ geminis fr̄ibus ꝑ xp̄i noīe in vīculis con
stitutis: quotidie solatiū exhibebat ꝛ tā ipis q̄ꝫ etiā suis eoꝛuꝫ
cū q̄bus tenti fuerant: salutaria fidei ꝯsilia ministrabat: q̄bus
fugitiua sec̄li blādimēta respuerēt intimabat: ꝛ momētanea toꝛ-
mētoꝝ geñā nō timerēt. Qui cū btīssimis ꝯsolatiōib⁹ acq̄escerēt
ꝛ v̄ba carnificū aīo ꝑseuerāti trāsirēt capitalē iussi sūt subire
sentētiā ea. s. rōe vt si eodē momēto quo decollādi erāt sacrifici
js ꝯsēsissēt: ꝛ ꝑētib⁹ suis ꝛ ꝯiugibus: ꝛ facultatib⁹ redderent̄.
Erāt eī vt dixim⁹ nō solū genere clarissimi: sꝫ ꝛ facultatib⁹ dila

QUoꝝ erat pr̄ trāglin⁹ noīe: ꝛ mr̄ marcia (tati. L. a. Lec. ij.
vocabat̄: q̄ illos seq̄bant̄ cū vxoꝛib⁹ eoꝛū: ꝛ filijs. Nimio
eni in suis nepotibus ducebant̄ affectu. Unde factum est vt ab
agrestio cromatio vrbis rome ꝑfecto trigīta dierū īducias ipe
trarēt. In quoꝛū spacio ageret̄ cū eis: q̄tin⁹ ad turificādū idol̄
ꝯsētirēt. Accedētes itaqꝫ amici eoꝛū ad eos ceperūt dicere. Uñ
vob̄ tā dura mēs: tāqꝫ ferreū pect⁹: q̄d canicie pr̄is patif̄ abijce-
re: ꝛ mr̄is iā decrepite noui pt⁹ doloꝛes afferre. Nā illa pt⁹ sui da

lores consolationibus superabat: dum in uno dolore duos filios pareret: et geminum patri funderet filiorū affectū. Nunc vero insatiabilis dolor et incōparabilis pena: irremediabilis cruciatus incōsolabilis luctus est quo spes et gaudium tollit: vita cōtemnitur gloria respuitur. Et cōtemptis omnibus pietatis affectibus: mortis atrocitas appetitur. Obsecramus vos o amici charissimi: tandem his date cladibus finē: ⁊ vos parētes esse dulcium filiorꝫ vel ammoniti memētote. Hec et his similia amicis dicentibus: miserā se clamans mater aduenit: et soluto capite caniciē sue senectutis ostendens in conspectu eorum vestem qua pect⁹ tegebatur scidit: et cunctis flētibus: ostendebat eis laxis pellibus quas suxerāt mammas: ⁊ blādimēta que infantie eorū exhibuerat: eiulādo et lachrymis memorabat. Aiebat ergo ad ambos. Tu mihi semp es fili blanditus: et tu amplius verecūdatus. In illo imaginē meā peperi: in te paternos vultus effudi. Tu patri utilior: iste similior. Heu me heu me miseram circūuallat me ex omni parte incōparabilis luctus: inaudita miseria: et gemina orbitas nullis penitus tribulationibus comparanda Tu autem. Lec iij.

En mitto filios ad mortem: ultro properantes. Quos si mihi hostes auferrēt: per medias sequerer acies bellatorū. Si iudicia violēta cōcluderent: carcerem simul irrūperem moritura. Nouū hoc genus est pereundi: in quo carnifex rogatur ut feriat: vita optat̄ ut peat: et mors inuitat̄ ut veniat. Nou⁹ hic luct⁹ est: noua miseria. In qua natorū iuuentus spōte amittitur et parētum miseranda cogitur senectus ut viuat. Ista et his similia matre prosequente: infirmus pater et grauis iā senio manibus adducitur famulorū: ⁊ cano cigneo qꝫ capiti terre puluerē spargens huiusmodi dabat voces ad celū. Ad mortē ultro proficiscentibus filijs valedicturus adueni. Ut vniuersa que a filijs sepulture mee exhibenda parauerām: ego infelix in filios sepulturos expendam. O filij mee baculi senectutis et geminuꝫ meorū viscerum lumē: nati feliciter: et prospere educati. Excellentissime memorie: et ingenij singularis. omniumqꝫ liberalium peritia litterarꝫ ibuti. Que ista repēte insania vestra voluntate progenita mortis vos fecit esse amatores. Nunqꝫ ista viuenti bus placuit: nūqꝫ moritur⁹ suū amore duxit. Ad quoscūqꝫ per

uenire aūt potuit: violenter admissa est: nō volūtate ab vllo viuente suscepta. Si hanc nullus debitor sub auaro feneratore posit⁹: nulla potest rōe diligere: quā nō solū cognoscit̄ nō diligere sed timere. Qua ratione eā appetit: q ⁊ bonis exuberat: ⁊ penitus vlli nihil debet? Uenite huc senes: ⁊ mecū super filios plangite: q vos viscera paterna sentitis habere. Uenite huc iuuenes: ⁊ flete super iuuenes: sponte pereuntes. Huc accedite patres prohibete talia: ne talia patiamini. Deficite plorādo oculi mei: ⁊ caliginē obducite fūdentes flumina lachrymarū: ne videam cedi gladio: quos dū virga leuis tangeret tremui. Dū tristātes leuiter viderē: expaui. Igitur dū hec ⁊ talia senior ageret: ⁊ ecce amborum coniuges cum natis ꝓprijs veniūt. Et aspectibus eorū proprios infantulos offerentes: has voces eiulantes effundūt. Quibus nos seruituras relinqtis. Quib⁹ cōiugij vestri traditis charitatē? Qui putatis erunt horū īfantium dn̄i ⁊ domorum vestrarū auidissimi ꝑuasores: qui erunt vestre occupatores familie. Uel qui sibi diuisuri sūt vernaculos quos nutristis? Heu quā impio crudelitatis genere parētes despicitis: amicos reipuitis: vxores abijcitis. Filios abdicatis: ⁊ vos ipsos carnifici vltro exhibetis. Interea dū ista dicūtur: ⁊ illa referuntur: inter vxorum lachrymas ⁊ suspiria filiorū: ceperunt milites xp̄i mollescere: ⁊ aīos suos flectere ad dolorē. L. a.

Hic spectaclo vt supra diximus itererat scūs sebastian⁹ vir xp̄ianissim⁹. Quē occultabat militaris habit⁹: ⁊ clamidis sue obūbrabat aspectus. Ac vbi vidit athletas dei immēso certaminis pondere fatigari: in medio eoꝝ se obijciens dixit. O fortissimi milites xp̄i: instructissimi diuini ꝑlij bellatores: per nimiā ꝟtutē animi fortiter ꝑuenistis ad palmam: ⁊ nūc ꝑ misera blādimēta: coronā deponitis sempiternā? Discat nūc ꝑ vos xp̄i militū fortitudo: fide poti⁹ armari quā ferro. Nolite victoriarū vr̄arū insignia ꝑ mulierū blandimēta abijcere: ⁊ subiectas pedibus vr̄is hostis insani ceruices ad victricia ⁊ rediuiua iterū bella laxare. Cuius quāuis seua cōtra vos extiterit ⁊ perquam iniqua instantia: seuior tn̄ efficitur ira repetita. Erigite igit̄ plenis affectib⁹ tropheū vr̄i certaminis gl'iosū: ⁊ nolite illō omittere fletib⁹ ꝑuulorū. Isti quos plorātes aspicitis: gauderent hodie si possent scire quod nostis. Putant enī ꝙ ista vi

ta sit sola: q̄ si finē acceperit: nulla vitalis anima corpore defi-
ciente: valeat potior manere. Si eni scirēt eē alterā vitā ignarā
mortꝫ: tristicie nesciaꝫ: in q̄ imortalitas regnat ⁊ ꝑpetua gaudia
cōmorātur: ꝑfecto vobiscū ad illā festinarēt pertigere: ⁊ istaꝫ
vitā pro nihilo cōputātes: illā appeterēt: que ī exultatione ꝑ-
manet: ⁊ penitus finiri nō nouit. Ista enī vita fugitiua est: ⁊ tā
infidelis: vt nec amatorib⁹ suis fidē potuerit custodire. Ab ori
gine enī mūdi ī se credētes fefellit: oēs in se expectātes decepit
cunctos de se presumentes irrisit. Et ita nullū omnio certū red
didit: vt oibus ꝓbetur fuisse mētita. Atqꝫ vtinā solius mēda-
cij culpa esset obnoxia: ⁊ per omnia crimina currere suos nō co
geret amatores. Tu autē. Lectio. v.

Ipsa edacitatē glutonibus: ipa ebrietatē ingerit temulētis
Ipsa naufragiū pudoris adulteris: ipa execrabilē tradit
puerilitatē incestis. Ipsa ammonet furē vt rapiat. Iracūdū vt
seuiat: mēdacē vt fallat. Ipa iter coniuges diuortia seminat: in
ter amicos discordiā: inter pacificos lites: iter fratres scādala
Ipsa tollit iudicib⁹ iusticiā: castis pudiciciā: artib⁹ peritiā. Ipa
aufert morib⁹ disciplinā: ⁊ vt al tiora que amatoribus suis inge
rit crimina memoremus. Si fratrē aliqñdo german⁹ vel frater
occidit: si fili⁹ negauit patrē. Si interempt⁹ est ab amico amic⁹:
cui⁹ hec instinctu facta sunt scelera: cuius intuitu: Cui⁹ spe: cu
ius fiducia nefanda cōmissa sunt: Hec ergo vita ē q̄ vos fallit
o amici: vt amicos vestros ad vitā euntes ꝑpetuā: iniusto con
silio reuocetis. Hec vos instigat parentes sanctissimi: vt filios
vestros proficiscentes ad comitatū celi: ad honorē incorrupti-
bilē: ad amicicias imꝑatoris eterni stultissimis lamētatiōibus
reuocetis. Ista ē o castissime cōiuges beatoꝝ q̄ ꝑ pietatis dolo-
rem impietatē martyrū mētib⁹ fecit tradere: ⁊ necē ꝓ liberatio
ne auferre. Nolite timere: nō separabūtur a vobis: sed vadūt
vobis preparare in celo desideratas māsiones: in qbus vna vo
biscū ⁊ filijs vestris: in ꝑpetuo gaudio maneatis. Tu āt. L vj.

Sic cū hec btūs sebastian⁹ indut⁹ clamide: succinct⁹ balteo
ex suo ore ꝓferret: subito ꝑ vnā fere horā splēdore nimio de
celo veniēte illuminat⁹ ē. Et sub ipo splēdore pallio candidissi
mo amictus inuenis appruit iuxta eū. Hec aūt gerebantur itra
domū ꝑmicerij noīe nicostrati: apud quē custodiebātur marcel

lianꝰ ⁊ marcꝰ. Quinicostratꝰ habebat vxorē noīe zoe. Hec ãt sex ãnos egritudinis nimietate: facta ē muta. Prudētiã tñ audiendi ⁊ intellegidi nõ amiserat: verũ etiã meliꝰ q̃ȝ priꝰ habuerat optinebat. Hec itaq̃ȝ cũ intellexisset oĩa q̃ beatus sebastianꝰ dixerat: ⁊ tantũ lumē circa eũ vidisset. Cũq̃ȝ omnes facto miraculo stupore tenerētur ĩnuebat manu oĩbus quasi exprobrandi essent: qui tã euidenti assertioni nõ crederēt: ⁊ genibus eius aduoluta: rogare cũ manuũ indicijs cepit. Sed beatus sebastianꝰ cũ videret q̄ discreta lingue exp̄ssione declarare nõ posset: causas huius silētij pcũctaref: didiscit ꝑmonis illi copiã nimia vi infirmitatis ablatã. Tunc bcatꝰ sebastianꝰ dixit. Si ego verꝰ xp̄i ſuꝰ sũ: ⁊ si vera sũt oĩa q̃ ex ore meo audiuit hec mulier ⁊ credidit iubeat dñs meus iesus xp̄s: vt redeat ad eã officiũ labioꝝ ⁊ aperiat os eius: q apuit os zacharie pphete dñi. Ad hanc vocez sc̄ti sebastiani exclamauit mulier voce magna: dicēs. Beatꝰ es tu ⁊ benedictus ꝑmo oris tui: ⁊ benedicti q credunt ꝑ te xp̄m filiũ dei viui. Ego enĩ vidi ocul̄ meis angl̄z ad te veniētē de celo: ⁊ librũ ante ocl̄os tuos tenētē: ex cuius lectione vniuersa ꝑmonis tui ore occurrebat. Bñdicti q in oĩbus q̃ locutꝰ es credunt: ⁊ maledicti q dubitauerit: vl̄ in vno ꝟbo ex his oĩbꝰ q̃ audierũt. Quĩ sic supueniēs lumē vniũsas tenebras noctis excludit: ⁊ oĩum ocul̄ lumē qđ nox ceca negauerat reddit: ita lux ꝑmonis tuorũ oēm caliginez: oēmq̃ȝ ignorãtie mee cecitatē extersit. Et serenũ post tenebras diē mētibꝰ reddidit. A me autē non solum incredulitatis tenebras exclusit. Uerũ etiã sermonis mei ostiũ quod per sex annos clausum fuerat aperuit. Uidens aũt nichostratus vir eius tãta mirabilia xp̄i in sua vxore celebrata: cepit pedibus sancti sebastiani aduolui ⁊ indulgentiã petere ꝑ hoc qđ iperiali ⁊ p̄fectorio iussu: sanctos habuisset in vīcul̄. Et auferens ex manibus eoꝝ ferreos vectes: genua eoꝝ amplexus rogare cepit: vt dignarētur abscedere dicens. O quam beatus essē: si pro vr̄a salute possem mereri ↄstrigi: forsitã ꝑ sãguinis effusionē abluerer: vt morte illã penaꝝ eternaꝝ euaderē: ⁊ ad illã vitã ptigerē: quã nobis deꝰ ꝑ os dñi mei sebastiani manifestare dignatꝰ ē. Cũq̃ȝ rogaret marcellianũ ⁊ marcũ vt abscederēt dixerũt ei. Si tu fidei gl̄iã quã nũq̃ȝ habueras accepisti quomõ nos quã sēꝑ ab ifãtia habuimꝰ relĩqntes: passiõis nr̄e calicē da

mus: quē nos tibi ꝓpina re possum⁹ nō dare. Diues eni est in oi
bus xp̄s: ⁊ ad se venientibus meliora exhibet q̄ȝ rogat. Lu āt.
IN illo tp̄e: descendēs Jh̄s de mōte: ste   Secūdū lucā.
tit in loco campestri ⁊ turba discipl'orū eius. Et multitudo
copiosa plebis: ab oī iudea ⁊ ihr'lm: ⁊ maritima ⁊ tiri ⁊ sidonis
Qui venerant vt audirent eū: ⁊ sanarētur a lāguorib⁹ suis. Et
BEatissima in apostolorum   (reliqua. Lectio. vij.
natale zoe dū ad cōfessionē petri apostoli oraret: ab insidi-
antib⁹ paganis arctatur. Ducituruqȝ ad patronū regionis nau-
macie: ⁊ cōpellit martis staticulo quod illic stabat thuris gut-
tam icendere. Cui illa respondit. Mulierez marti sacrificare
cōpellis: vt ostendas martē muliebria delectari. Sed ille ipudi-
cissime veneri potuit pudorē eripere: mihi vero tropheū in frō
te fidei portanti non poterit preualere. Nō ergo meis cōtraire
viribus luctor sed dn̄i mei iesu xp̄i virtute cōfidens: ⁊ vos ⁊ il-
lū pariter ridendo cōtenno. Tunc patronus regionis misit eaȝ
in custodiam obscurissimam: ⁊ per qnqȝ dies fecit nec lumē vi-
dere eam: nec cibū nec potū accipere. Solū vox eius q eam illic
incluserat audiebatur dicētis sibi. Morieris fame ⁊ cecitate:
nisi te libaturam promiseris dijs. Sed cum transissēt sex dies.
Suggesserūt de ea prefecto seuienti: qui iussit eam a collo ⁊ ca
pillis in arborē excelsam suspendi: ⁊ subter fumū sterqlinij ad
hibere. Stati aūt vt suspensa est in confessione dn̄i emisit spm̄
Illi aūt auferētes corp⁹ ei⁹ saxo ligauerūt. Et tiberis alueo im
miserūt dicētes Ne xp̄iani corp⁹ eius tollant: ⁊ faciāt sibi illā
deā. Igit celebrato ei⁹ martyrio venit i sōnio sctō sebastiano:
⁊ narrauit ei q̄liter martyriū dn̄i suscepisset: scūs sebastian⁹ ꝓ-
ripuit et ait tranqlino dicens. Femine nos ad coronam p̄cedūt.
Ut qd viuim⁹? Et discedēs octauo die apostolorū: ad bti pau-
NIhilomin⁹ ⁊ ip̄e   (li cōfessionē accessit. T. a.   Lec. viij.
ꝑpessus insidias tētus est ⁊ a ppl'o lapidatus: mortu⁹ ē. Et
corpus eius tiberino gurgiti mācipatū ē. Itē nichostratus et
claudi⁹ vna cū castorio ⁊ victorino: ⁊ simphoriano dū corpa sā
ctorū ꝑ orā tiberinam regrerēt: a ꝑsecutorib⁹ tēti sunt: ⁊ ad vrb
p̄fectū ꝑducti sunt. Erat iudex fabian⁹ q eos hortat⁹ ad sacri
ficandū accelerarēt: ⁊ ꝑ decē dies minans eos ⁊ blādicijs agēs
in nullo penit⁹ potuit cōmouere. Tūc fecit de eis ipatoribus su

gestionem. Quicque iusserunt eos torqueri tercio. Cum nulla ratione tormentis compulsi cederent: iussit eos in medio mari precipites dari. Immensis itaque arctati ponderibus pelagi fluctibus dati sunt: vt in loco mundo inter aquas coronam martyrij celebrarent. Insidiabantur itaque infideles fidelibus: et iniquo furore christianum non poterant nomen audire. Interea dum torquatus qui eis se simulata fide sociasset dicens se esse christianum: porro hic apostata extiterat: et erat fraudulentus in omni sermone: et callidus in omni commisso. Quid multa? Dum a tiburtio viro scolasticissimo secum frequenter argueretur. Nos capillos sup apicem frontis tonsoris arte componeret: quod assidue pasceret: et ludendo pranderet: quod libentius feminarum se aspectibus daret: et quod a ieiunijs et orationibus se tolleret: quod somno deditus non interesset puigil in hymnis dei. Dum pro his ut diximus a beato tiburtio acrius argueretur: simulat se equanimiter monentem accipere: et dat artem quatenus orantem facta tiburtium comprehenderent infideles.

In qua comprehensione seipsum teneri fecit: et simul ad secretorium produci iudicis sevientis. At ubi intro ducti sunt fabianus prefectus ad eum dixit: quod se arte tradiderat. Quis diceris? At ille respondit torquatus. Fabianus dixit. Ignoras quod iusserunt invictissimi principes: ut qui sacrificare dijs noluerit: diversis supplicijs marcerent. Torquatus dixit. Christianus sum. Fabianus dixit quid prestiteris? Torquatus ait. Hic magister meus est: et ipse me docuit semper: quod hunc video facere necesse est ut faciam. Fabianus conversus ad tiburtium dixit. Audisti quid torquatus asserat: Quid ad ista respondes? Tiburtius dixit. Torquatus diu est quod se christianum mentitur. Virtus enim ipsius nominis sancti graviter fert et moleste suum nomen non a suis amatoribus usurpari. Re enim vera vir illustrissime. Hoc christianum vocabulum divine virtutis est sectatorum scilicet christi qui vere philosophati sunt qui ad obterendas libidines fortiter militaverunt. Credis ne vir illustrissime istum esse christianum: qui in lenocinio sui moliendo capitis simbrias omittit: qui tonsuram diligit: qui flexum gressum improbo visu ostendit: qui scapulis molliter gestit: qui vota negligenter agit: feminas diligentius intuetur. Numquam tales pestes christus habere dignatur et servos. Verum quoniam me hic se imitaturum asseruit: hic in tuo probabis eum conspectu mentitum. Hinc enim qualis semper fuerit nunc evidenter ostendet. Fabianus dixit. Consultius facies: si saluti tue consulas:

Lect. ix.

et ꝑncipū ꝺcreta nō ꝯtēnas. Tiburti⁹ dixit. Ego saluti mee me li⁹ nō ꝯsulo: q̄ȝ vt ꝺos deasqȝ ꝯtēnēs: vnū dn̄m iesū xp̄m deū me ū eē ꝯfitear. Lorq̄t⁹ dixit. Nō solū ipe xp̄ian⁹ crudelis ē: verū etiaȝ multos ꝑsuadet: decipit ac docet: omnes deos demones esse. Ip̄e aūt cū socijs suis: cū q̄b⁹ magicas clades exercet: die noctuqȝ incātatiōib⁹ occupatˀ. Tiburti⁹ dixit. Falsus testis non erit ipūit⁹. Iste quē vides illustrissime vir: malicie sue cura ext stuās: ad nihilū aliud ē xp̄ianis iūct⁹: nisi vt cogitaret quomodo se nobil q̄si xp̄ianū ostēderet: ꝛ quō alijs se fidelissimum mentiretˀ. Reprehēdebā tn̄ meū ciclopū edacitate imersum vino pudorē ꝛ sepultam diuini nominis sanctitatem. Lu aūt.

In natale sācte agnetis virginis.

OMnes q̄ gl'iemur i dn̄o: ꝛ ad edificationē virginū: q̄lit passa sit agnes btīssima ad mēoriā reuocem⁹ Tertiodecimo etatis sue āno: mortē ꝑdidit ꝛ vitā iuenit: q2 solū vite dilexit auctorē. Infātia cōputabatˀ i ānis: sȝ erat senect⁹ mētis imēsa: Lorpe qdē iuuēcl'a: sȝ aīo cana. Pulchra facie sȝ pulchrior fide. Que cū a scholis reuerteretˀ: a p̄fecti vrbis filio adamatˀ. Cui⁹ parētes dū reqsisset: ꝛ iuenisset: cepit offerre pl'rima ꝛ āpliora ꝓmittere. Deniqȝ secū detulit ornamēta p̄ciosa: q̄ a btā agne veluti q̄dā stercora sūt recusata vnde factū est vt iuuēis maiori vrgeretˀ stimlo: ꝛ putās eā meliora velle accipe ornamēta: omnē lapidū p̄ciosoꝝ secū defert gl'iaȝ: ꝛ ꝑ se ip̄m et ꝑ amicos ꝛ notos: ꝛ affines cepit aurem ꝟginis appl'care. Diuitias. domos. possessiōes. familias atqȝ omnes mūdi delicias reꝓmittere: si ꝯsēsuȝ de ꝯiugio nō negaret. Ad hec beata agnes tale ferˀ iuueni dedisse responsū. Discede a me fomes pcti: nutrimentū facinoris: pabulū mortis. Discede a me: q2 iā ab alio amatore p̄uēta sū: qui mihi satis meliora te obtulit ornamēta: ꝛ anulo fidei sue subarrauit me: lōge te melior ꝛ genere ꝛ dignitate ornauit me iestimabili ꝺcore. Dextrā meā ꝛ collū meū cīxit lapidib⁹ p̄ciosis tradidit aurib⁹ meis inestimabiles margaritas: ꝛ cīrūdedit me vernātib⁹ atqȝ coruscātib⁹ gēmis. Lu. a. E. ij.

POsuit signū i faciē meā: vt nullū p̄ter eū amatorē admittaȝ Induit me ciclade auro texta: ꝛ imēsis mōilib⁹ ornauit me

De sancta agnete.

Ostēdit mihi thesauros icōparabiles: quos mihi se daturū si ei pseuerauero repromisit. Nō ergo potero ad ↄtumeliā prioris amatoris: vel accipere aliū: ꝛ aliū derelinq̄re: cū quo sū depacta charitate. Cuiꝰ est generositas celsior: possibilitas fortior aspectꝰ pulchrior amor suauior: ꝛ omni gr̄a elegātior. A quo mihi iā thalamꝰ collocatus est. Cuiꝰ mihi organa modulatis vocibus sonāt: cuius mihi virgines iustissimis vocibꝰ cantant: iam mel ꝛ lac ex ore eius suscepi. Iam amplexibꝰ eius castis: astricta sum. Iam corpꝰ eiꝰ corpori meo sociatū est: ꝛ sanguis eius ornauit genas meas. Cuiꝰ mat virgo est: cuius pater feminā nescit. Cui angeli sruiūt: cuius pulchritudinē sol ꝛ luna mirantur. Cuiꝰ odore reuiuiscūt mortui: cuius tactu formidāt inferni. Cuius opes nūq̄ deficiūt: cuiꝰ diuitie non decrescūt. Ipsi me tota deuotione cōmitto. Quē cū amauero casta sum: cū tetigero mūda sū. Cū accepero virgo sū. Nec deerūt post nuptias filij: vbi partus sine dolore succedit: ꝛ fecūditas quotidiana cumulatur Audiens hec insanꝰ iuuenis: amore capit ceco: ꝛ inter āgustias animi anhelo cruciabat spiritu. Inter hec lecto ꝓsternitur: ꝛ p alta suspiria amor a medicis aperit. Fiūt nota patri: que fuerāt inuēta a medicis. Et eadē paterna voce q̄ fuerāt iam dicta a filio: ad petitionē virginis reuoluūt. Abnegat agnes beatissima ꝛ se nullo pacto asserit prioris spōsi federa violare. Cūq̄ pater in fastibꝰ ↄstitutus: se p̄fecturā agere: idcirco nō sibi quēuis etiā illustrissimū posse p̄ferri: cepit tā inq̄rere vehemēter quis esset sponsus: de cuius se agnes potestate gloriaretur: aut iactaretur

Tunc qdā extitit ex parasitis eiꝰ qui dicere hāc christianā eē ab infātia: ꝛ magicis artibꝰ ita occupatā: vt xp̄m dicat spōsū suū. Audiēs hec prefectus letus efficitur. Et missa apparitione cū ingēti strepitu: suis eā tribūalibꝰ sisti precepit. Et primum quidem blādis eam sermonibus secretius prouocat. Dehinc terroribus pulsat. Sed christi virgo nec blandimēto seducitur nec terrore concutitur. Sed eodem vultu eodemq̄ animo pseuerans et terrētem sicut blandiētem animo deridebat. Vidēs itaq̄ simphroniꝰ p̄fectꝰ tātā i puella ↄstātiā: pentes eiꝰ alloq̄t. Et qr erāt nobiles: ꝛ vi iferre nō poterat: titulū xp̄ianitatis opposuit. Sequēti itaq̄ die agnem sibi presētari iubet. Et iterum atq̄ iterum repetens replicare cepit de iuuenis a

(Lu añt. T. iij.

more sermonē. Cūqʒ omnis sermo eiꝰ casso labore deficeret: sisti eam suis tribunalibꝰ iterū iussit. Cui ꝛ dixit. Superstitio xp̄iā noꝝ de quoꝝ te magicis artibꝰ iactas: nisi a te fuerit segregata nō poteris insaniā abijcere pectoris: neqʒ egssimis ꝯsilijs p̄bere ꝯsensū. Unde ad venerādam deā vestā te pperare necesse est: vt si pseuerātia vᵹginitatis placet: eiꝰ die noctuqʒ sacrificijs venerādis sistas. Ad hec beata agnes dixit. Si filiū tuū quam uis iniquo amore vexatū tamē viuētē hominē recusaui: hominē vtique qui est ratione capax: qui audire et videre et palpare: ꝛ ambulare potest: ꝛ flore huius cum bonis perfrui. Si ḡ hunc causa amoris xp̄i nulla possū ratione recipe: quomodo possum idola muta ꝛ surda: ꝛ sine sēsu ꝛ sine aīa colere: ꝛ ad iniuriā sūmi dei ceruices meas vāis lapidibꝰ icliare? Audiēs hec simphroniꝰ dixit. Cupio p̄bere ꝯsiliū īfātie tue: ꝛ adhuc te deos blasphemātē idcirco differo: qꝛ annos tuos infra sēsuʒ aspicio. Noli ergo temet ipsā ita decipere: vt motꝰ deoꝝ icurras. Lc. iiij

Beata agnes dixit. Noli infātiam corporalē ita ī me despicere: vt putes me te velle habere ppiciū. Fides enī nō in ānis sed ī sensibꝰ gerit. Et deꝰ omnipotēs mētes magis probat: quā etates. Deos aūt tuos quoꝝ motꝰ me icurrere nō vis: ipsis ira sci pmitte: ipsis loqui. Ipsi hoc mihi p̄cipiāt: ipsi iubeāt se coli ipsi iubeāt se adorari. Uerū qꝛ te ad hoc video tēdere quod impetrare nō poteris: qdquid tibi videt exerce. Simphroniꝰ dixit. Unū tibi ex duobꝰ elige: aut dee veste sacrifica: aut cū meretricibꝰ scortaberis in ꝯtubernio lupanari. Et longe erūt a te xp̄iani: qui te ita magicis artibꝰ ibuerūt. At hāc calamitatē intrepido animo: te pferre posse cōfidas. Unde vt dixi aut sacrifica deē veste ad laudē generis tui: aut ad ignominiaʒ natalīuʒ tuoꝝ eris publice abiectionis scortū. Tūc beata agnes cū ingēti ꝯstātia dixit. Si scires qs est deꝰ meꝰ: nō ista tu ex ore tuo proferres. Unde qꝛ ego noui virtutē dn̄i nostri iesu xp̄i secura ꝯtē nominas tuas. Credēs qꝫ neqʒ sacrificē idolis tuis: neqʒ polluar sordibꝰ alienis. Mecū enim habeo custodē corporis mei angelū dn̄i. Nā vnigenitꝰ dei filius quē ignoras: murꝰ mihi ē ipenetrabilis: ꝛ custos mihi ē nūqʒ dormiēs: ꝛ deffensor mihi ē nūqʒ deficiēs. Dij aūt tui aut erei sūt: ex qbꝰ cucume meliꝰ fiūt ad vsus hominū: aut lapidei: ex qbꝰ platee meliꝰ sternunt. Diuini

tas gñ nõ in lapidib⁹ habitat sed in celis. Neqȝ i ere aut i aliquo metallo. Sed in regno ꝯsistit supno. Tu aũt ꝛ sil'es tui nisi ab isto rũ cultura recesseritis: sil'is vos pẽa ꝯcludet. Sicut enĩ igne con flati sunt vt suderẽt: sic colẽtes eos ꝑpetuo icẽdio ꝯflabũt: nõ vt sudẽt: s; vt ꝯsũdãt ꝛpeãt ieťuũ. Ad hec isan⁹ iudex iussit eã expoliare: ꝛ nudã ad lupanar duci: sub voce pcõia dicẽtis. Ag nẽ sacrilegã ṽginẽ diis blasphemiã iferẽtẽ: scortũ lupanari bus date. Statĩ autẽ vt expoliata ẽ crine soluto: tãtam densitatẽ ca pillis ei⁹ gr̃a diuina ꝯcessit: vt meli⁹ eoꝝ fimbrijs videreẽ: quã vestib⁹ tecta. Ingressa aũt turpitudinis locũ: ãgelũ illic dei ita patũ inuenit vt circũdaret eã imẽso lumine: ita vt null⁹ posset eã ꝑ splẽdore nec ꝯtigere: nec videre. Fulgebat enĩ tota cella il la: q̃si radiãs sol i ṽtute sua. Tu autem. Lec. v.

Et q̃nto curiosioꝛ qs eã oclis voluisset videre: tãto pl⁹ sui vi sus aciẽ obtũdebat. Cũqȝ se i oratione dño substrauisset: ap paruit ante oclos ei⁹ stola cãdidissima. Et appiehẽdẽs eam in duit se: ꝛ dixit. Gr̃as tibi ago dñe iesu xp̃e q me numero ancilla rũ tuaꝝ ꝯputãs: vestiariũ mihi largiri ꝑcepisti. Ita nãqȝ ad mẽ surã corpusculi ei⁹ aptatũ erat idumẽtũ: ꝛ ita nimio cãdoꝛe cõs picuũ: vt null⁹ dubitaret hoc nõ nisi manib⁹ angelicis ꝑparatũ interea lupanar loc⁹ orationis efficiẽ. In quo omnis q fuisset ingressus adoꝛaret: siue venerareẽ dans honorẽ imenso lumini adeo vt qsqȝ mũdioꝛ egredereẽ foras: q̃s fuerat int⁹ igressus. Cũqȝ hec agereẽ ꝑfectĩ sili⁹ q auctoꝛ hui⁹ sceleris erat: venit ad locũ cũ sodalib⁹ suis iuuẽculis: q̃si illustatur⁹ puelle cũ qb⁹ libidinis sue se credebat ludibriũ eijcere. Et ingressos ante se feruẽtes pueros: ꝛ turpiter seuiẽtes: cũ nimia autẽ veneratione ꝛ ingenti admiratione regressos cepit impudenter agere: et va nos ac molles ꝛ miseros iudicare. Et irridẽs eũ locũ in quo vir go oꝛabat: audacter ingressus ẽ. Et vidẽs tãtuȝ lumẽ circa eam nõ dedit honorẽ deo: sed irruẽs in ipso lumĩe ꝑusq̃ vel manu eam ꝯtigeret: cecidit in faciẽ suaȝ: ꝛ ꝑfocatus a diabolo expira uit. Videtẽs aũt socij ei⁹ qd̃ moraȝ int⁹ inecteret: putabant obs cenis eum operib⁹ occupari. Et ingrediẽs vnus ex iuuenib⁹ q ei familiarioꝛ erat: vt q̃si cõgratulareẽ insultationi ei⁹. Moꝛtu um eum inueniẽs: exclamauit voce magna dicẽs. Piissimi ro mani: succurrite. Magicis artib⁹ ista merettix: filium ꝑfecti

interfecit. Fit repente cõcurs⁹ populorũ ad teatrũ: ⁊ varia vulgi furẽtis acclamatio. Alij dicebãt magicã. Alij dicebãt nocẽtem: alij sacrilegã cõclamabant. Prefect⁹ ãt audiens filiũ suum iterisse cũ ingẽti tumultu ⁊ luctu venit ad teatrũ. Et ingressus locũ in quo corpus filij ei⁹ exanime iacebat: cũ igẽti clamore dicebat beatissime virgini. Crudelissima omniũ feminarum: ad filiũ meũ voluisti apodixa artis tue magice demõstrare. Et cum talia atq; huiuscemodi verba multa repeteret: ⁊ causas mortis eius ab ea vehementer inquireret. Beata agnes dixit. Ille cuius volũtatẽ volebat pficere: ipse in eũ potestatẽ accepit. Quare omnes q ad me ingressi sunt sani sunt: qa vniuersi dederũt honorẽ deo: qui misit angelũ suũ: ⁊ induit me hoc indumẽto mie: ⁊ custodiuit corp⁹ meũ: qđ ab ipsis cunabilus xp̃o cõsecratũ ẽ ⁊ oblatũ. Videtes ergo splẽdorẽ angelicũ: adorabãt oẽs ⁊ abscedebãt illesi. Hic aũt impudẽs stati vt ingressus est: cepit seuire ⁊ fremere. Cũq; manum suã ad me cõtingẽdã aptaret: dedit eũ angel⁹ dñi in reprobã mortẽ. Dicit ei prefectus. In hoc apparebit: qa nõ magicis artibus ista gessisti: si depcata fueris ãgelũ: vt restituat mihi filiũ sanũ. Cui btã agnes dixit. Licet fides tua hoc impetrare non meret᷑ a dño: tamẽ qa tẽpus est vt fides dñi nr̃i iesu xp̃i manifestet᷑: egredimini omnes: vt solitam ei orõnem offeram. Cumq; vniuersi fuissent egressi: prosternẽs se i faciẽ plorans rogare cepit dñm: vt iuuenẽ suscitaret. Orãte aũt ẽ illa apparuit angel⁹ dñi: q et eleuauit eã flẽtẽ. Et cõfortans animum eius: iuuenem suscitauit. Qui egressus foras: cepit voce publica clamare ⁊ dicere. Unus deus in celo ⁊ in terra: ⁊ i mari: qui est deus xp̃ianorum. Nam omnia templa vana sunt. Dij q coluntur omnes vani sunt: ⁊ penitus nec sibi possunt nec alijs aliquod auxilium exhibere. Ad hanc vocem omnes aruspices ⁊ templorum pontifices conturbantur. Et fit per eorum cõturbationẽ vehementior quã fuerat seditio populorum: atq; omnes vna voce clamabant. Tolle magam. Tolle maleficam: que et mentes immutat: ⁊ animos alienat. Prefectus aũt videns tãta mirabilia obstupuit. Sed veritus proscriptionẽ si cõtra põtifices tẽplorum ageret: ⁊ agnẽ cõtra suas senrẽtias deffensaret: vicariũ ad seditionẽ ppl̃i iudicẽ dereliqt. Ipse aũt tristis abscessit q̄ eã nõ potuit post resurrectionẽ filij sui liberare. Tũc vica-

rius aspasius nomine iussit ignē copiosum accendi: ⁊ in medio eam iactari precepit flammarum. Quod cum fuisset impletum statim in duas partes diuise sunt flamme: ⁊ hinc inde seditiosos populos exurebant. Ipsam autem penitus in nullo contingebat incendium. Et hoc magis non virtutibus diuinis: sꝫ magicis reputantes artibus: dabant fremitus inter se populi ⁊ infinitos clamores ad celos. Tunc beata agnes expandit manus suas in medio ignis: ⁊ his verbis orationem fudit ad dn̄m. Omnipotens adorande tremende colende: pater domini nostri iesu xp̄i benedico te quia per filium tuum euasi minas impiorꝫ hoīm: ⁊ spurcitias diaboli īpolluto calle trāsiui. Ecce ⁊ nunc ꝑ spiritum sanctum rore celesti perfusa ignis iuxta me moritur. Flamma diuiditur ⁊ ardor incendij huius ad eos a quibus in me ministratur refunditur. Benedico te pater predicande qui etiam inter flammas intrepidam me ad te venire permittis. Ecce iam quod credidi video: quod concupiui complector. Te cōfiteor labijs. Te corde. Te totis visceribus concupisco. Ecce ad te venio summū ⁊ verum deum: qui cum domino iesu xp̄o filio tuo: ⁊ cum spiritu sancto viuis ⁊ regnas modo ⁊ semper ⁊ ꝑ cuncta secula seculorum amen. Cumqꝫ complesset oratione͂: ita omnis ignis extinctus est: vt nec tepor quidem incendij remaneret. Tunc aspasius vrbis rome vicarius populi seditionem nō ferens: in guture eius mergi precepit gladium. Atqꝫ hoc exitu roseo sanguinis sui rubore perfusam sibi xp̄s ⁊ sponsam ⁊ martyrem consecrauit. Tu autem.

Eodem die natale sanctorꝫ fructuosi. Augurij. ⁊ Eulogij.

IN temporibus illis fructuosus episcopus. Augurius. ⁊ Eulogius diacones die dn̄ica cōprehensi sunt. Reposito fructuoso in cubiculo: dixerunt se beneficiari in domū eiusdem. Idest aurelius. Festutius. Helius: ⁊ pollētius. Et cum sensisset pedū ingressum ipsorum: confestim surrexit ⁊ prodijt ad eos in solis. Cui milites dixerunt. veni: p̄ses te accersire iussit cū diaconibus tuis. Quibus fructuosus ep̄s dixit. Aut eamus. aut si vultis calcio me. Cui milites dixerūt Calciate ad animū tuū. Et mox vt venerūt recepti sūt ī carcerē

fructuosus autem certus ꝛ gaudeus de corona domini ad quā vocatus erat: orabat sine cessatione. Erat autem ꝛ fraternitas eum ipso ꝛ refrigerantes ꝛ orantes vt illos in mente haberet. Alia autē die baptizauit in carcere: fratrē nostrum rogationū ꝛ fecerūt in carcere sex dies ꝛ producti sunt duodecimo kalendas februarij feria sexta ꝛ auditi sunt eadē die. Emilianus preses dixit. Fructuosuȝ. auguriū. ꝛ eulogiū ītroducite. Ex officio dictum ē. Adstant. Emilianus preses fructuoso epō dixit. Audisti qd impatores preceperunt? Fructuosꝰ eps dixit. Nescio qd impatores vestri preceperint: ego ꝺo xpianus sum. Emilianus dixit. Preceperunt deos coli. Fructuosus eps dixit. Ego vnū deū colo: q fecit celū ꝛ terrā: mare ꝛ oīa q̄ in eis sunt. Emilianꝰ dixit. Scis eē deos? Fructuosus eps dixit. Nescio. Emilianus dixit. colis? Eulogiꝰ diaconꝰ dixit. Ego fructuosuȝ. hi dij audiūtur. hi timētur. hi colūtur. Si dij nō colūtur: nec impatoꝝ vultus adorantur. Emilianus preses: augurio diacono dixit. Noli verbis fructuosi auscultare. Augurius diachonꝰ dixit. Ego deū omnipotētē colo. Emilianus preses: eulogio diacono dixit. Nunqd ꝛ tu fructuosuȝ? Scies enī postea. Fructuosꝰ āt eps respexit ad dn̄m: ꝛ orare cepit ad dn̄m intra se ꝛ ait. Emilianus dixit eulogio. Nunqd deos colis? Eulogiꝰ dixit. Nō colo. Sȝ ipsum colo: quem ꝛ fructuosus. Emilianus preses dixit fructuoso epō. Eps es? Fructuosus episcopꝰ dixit: sū. Emilianus dixit fuisti. Et iussit eos sentencia sua viuos ardere. Et cū duceretur fructuosꝰ eps cū diaconibꝰ suis ad āphiteatrū. Populꝰ fructuoso episcopo dolere cepit. Quia talē amorē hēbat non tantum a fratribus: sed etiam ab ethnicis. Talis enī erat qualem spiritus sanctus per beatum apostolum vas electiōis doctorem gentium debere esse declarauit. Propter qđ etiam fratres qui sciebant illū: ad tantam gloriā pertigere: gaudebāt potiꝰ quā dolebāt. Cūqȝ multi ex fraterna charitate ei offerrēt cōductū pmixtum poculū sumere nolēs ait. Non est hora soluēdi statiōeȝ. Agebat ei hora diei q̄rta. Siqdē ꝛ i carcere q̄rta feria statione solēnit celebrabat. Igit sexta feria: letꝰ atqȝ securꝰ festinabat: vt cū martyribꝰ ꝛ pphetꝫ i padyso quē pauit dn̄s diligētibꝰ eū solueret statione. Cumqȝ ad āphiteatrū venisset: stati ad eū accessit augustal noīe lector eiusdē cū fletibꝰ depcās

vt eũ excalciaret. Cui beatꝰ martyr dixit. Dimitte me fili. Ego me discalcio. Qui cum se discalciaret: accessit ad eum cõmilito frater noster nomine felix. Apprehẽditq; dexteram eiꝰ: rogãs ꝛ depcans: vt sui memor eẽt. Cui scũs fructuosꝰ martyr clara voce rñdit. In mẽte habere me necesse ẽ ecclĩaꝫ catholicaꝫ: ab oriente vsq; in occidẽtẽ diffusam. Igit in porta ãphiteatri cõstitutus ꝓpe iam vt igrederet ad coronam imarcessibilẽ: potiꝰ q̃ ad penam obſuantibꝰ licet ex officio beneficiariꝭ: quorũ noia supra memorata sũt: ita vt ipsi audirent: a fr̃e nr̃o etiã marciale monente pariter ꝛ loq̃nte: eps sanctus ait. Iam nõ deerit vobis pr̃: nec deficere vobis charitas poterit: ꝛ repromissio dñi: tam hic quam in futuro. Hoc enĩ qd̃ cernitis vniꝰ hore videt eẽ infirmitas. Cõsolatus igit fr̃es ingressus est ad salutẽ: insignis ꝛ in ipso martyrio. Felicibus q sanctaꝝ scripturarũ facta repromissionis sentiunt similes ananie. azarie. ꝛ misaeli extiterũt: vt etiam in illis trinitas adimpleret. Siqdem in igne seculi cõstitutus: ꝛ pater nõ deesset: ꝛ filiꝰ subueniret: ꝛ spũs sctũs in medio ignis ambularet. Cumq; exuste fuissent fasciole a qbus manꝰ eorum fuerãt colligate orationis diuine ꝛ solite cõsuetudinis memores positis genibꝰ de resurrectione securi: dñm deprecabantur. Tu autem.

In natale scti vicentij martyris.

PRobabile satis est ad gl'iam vincentij martyris: q de scriptis passionis ipsius titulis: inuidus extitit inimicus. Unde credimꝰ fide plena: relatu gestorũ litterarũq; apicibꝰ annotari: q victũ se erubescebat audiri. Naturalis qppe prouidentia est: male errantiũ auferre de medio testimonia prauitatis. Igitur cum apud cesar augustanam ciuitatem vt multorum sinceritas: ꝛ signata veritatis verba testant: datiano cuidam presidi gentili ꝛ sacrilego ꝛ dominis ꝛ principibus suis: seuiendi in christianos exoptata offula cecidisset: ꝛ oblatranti profane crudelitatis: famelico cani sua rabies aspirasset episcopos. clericos. ꝛ omnia sancta corpora tentamentis diaboli: magis deo probanda spũ nequicie sue rapidus precipitanter incubuit. Protinus prouolantes

Lec. i.

episcopus gloriosissimus valerius ⁊ vincentius beatissimus martyr perniciter in sue laudis titulo concurrerunt. Feliciores se in ipsa futuros confessione credentes: si coronam statim pre quoquam suis virtutibus ⁊ meritis ꝑ sua deuotione rapuissent Sedem ille artifex seu⁹: vt vexatiōe itineris magis illos frāgeret ⁊ facili⁹ afficeret iniuria: quos videret superari nō posse ꝯ pēa: ad ciuitatē valētiā sāctos dei ptrahi mox p̄cepit. Cū sūma pena carceris famis īopia: stridore cathenarū vt maib⁹ ⁊ collo vix ferri pōdera sustinerēt: ⁊ p omnes art⁹ iā tūc mortis supplicia paterēt q̄ illi gl'iora cumulati⁹ ꝑ sua laude portarūt. Lu. a. L. iij.

Sed vbi iam defecisse eos crederet iugi iniuria fatigatos: timēs ne ipsorū preuētus occasu seuicie sue damna pateretur produci eos iussit e carcere. Cum putaret tā diu publice se clusos: nec corpore iam nec spiritu preualere. Mori tamē eos ante tormēta nolebat: qbus proponebat etiam nec mortuis tempera re. Stupefact⁹ datian⁹ a cōspectu eorū: q integri corpore et viribus essent. Quid inqt istis indulgētiori pastu ⁊ potu largiori propinastis? Et mirabat furore cecus: robustiores eē quos deus pauerat. Irascēs igitur malignitati sue presagus spiritus: quos videbat inter sua supplicia fortiores q eū vicerent super esse. Mox inflata vox serpentis: insibilat. Quid agis inquit tu valeri qui sub nomine cuiusdam religionis contra principes facis? Extimans inimicus dei q si ipsum cōtur bare caput ꝑcutere potuisset: idest episcopū reliqua quoq subiectiora faci lius mēbra cōfoderet. Sed dominus vnic⁹ dei filius: voluit etiam eū ab inferioris ministerij nomine superari: vt auerteret quid facturus aut acturus esset ille qui in capite sacerdotij erat: cū posset eum etiam leuita eius qui habebat minora officiorum ministeria vincere. Quid submurmuras inqt episcopo suo vincentius sanctus: cuius iam erat spiritus in corona: ⁊ contra canem leuiter musitas? Exclama inquit in magna voce christicola: ⁊ contere rabiē q̄ contra sanctū dei ministrū latrat: diuine ptin⁹ vocis auctoritate ꝑcussa frāgat. Iste enī ille ē venenatissim⁹ ꝑ pēsq ī ꝑthoplastis gl'iā hominib⁹ traditā: quā ipē ꝑdiderat: inuidit. Statī isatiabilis homicida vt occideret quos de⁹ imortales fecerat mori ⁊ ipē otēpt⁹ gustū quē tradebat alijs poripē propinatus est. Iste ille est quē exegim⁹ e corporib⁹ hūanis in

uocatione diuina: ꝛ xp̄i noīe mecũ decertet: pugnet si ꝓualet. Cō
fidentia videbit me plus posse dũ torqor: q̄ȝ ille dũ torq̄t. Qui
dũ punit grauiꝰ ipe punietᷣ. Vñ iā singulariter gaudeo: q dum
patior vindicabor. Exarsit diabolus aduersus xp̄ianā fidē. Et
dũ contemni se ac despici videt: ingemuit. Amouete inq̄t ep̄m:
istũ vincentiũ grauioꝛē rebellē: qui in publicā cōtumeliā venit:
applicate tormētis. Animositati eius videbatᷣ maiora inferre
supplicia: ꝛ q̄cquid illi accessurũ erat pro gloria: vincere ꝓsume
(bat ex pena. Tu aũt. Lec. iij.

Sic potiꝰ īferrēs diabolus q̄ illi crudelitatis spũ minabatᷣ: ꝛ supplicia q̄ inferebat
ipse passurus. Applicate inq̄t ad eculeum: mēbris distendite: ꝛ
toto corꝑe dissipate penā hāc ante ip̄a sui tormenta sustineat
Quid dicis inq̄t datianꝰ: vincēti: Ubi istud corpꝰ tuũ misera-
bile conspicis: At ille subridēs ait. Hoc est quod semꝑ optaui.
Nemo mihi amabilior: nec familiarior fuit. Tu solus maxime
ad mea vota cōcordas. Ecce iā in sublimi agor: ꝛ te ꝛ ip̄os ꝓnci
pes tuos in seculo despicio. Ne cesses diabole crudelitate q̄ as-
piras. Prestabis mihi gloriā: si inter ip̄a grauiora suppliciorꝫ
meorꝫ excicia vicaris. Nolo cesses. Insurge diabole: ꝛ toto ma
lignitatis tue spũ debacchare. Ne gl'iā meā minuas: ne dāna
inferas laudi. Paratꝰ ē dei fiuꝰ ad oīa: ꝓ saluatoris noīe susti-
nēda. At dũ deuotionē meā punis: grauiꝰ ip̄e puniaris. Clama-
re cepit dacianꝰ: ꝛ i tortores suos ꝛ carnifices ip̄o suo illo furore
bacchari. Uirgis ꝛ fustibꝰ milites cedere: ꝛ in suos āplius dese
uire. Dñ fremit. Dũ ad xp̄i fiuũ deuotissimũ venit: ꝓus ip̄e za-
bulꝰ suos occidebat: ꝛ de quos potestate habebat. Xp̄iano a pe
na tuto et de dei mīa securo: illos magis q̄ i illiꝰ erāt vexabat di
tione. Quid dicis iq̄t vicētiꝰ scũs: datiane: Ecce iā ꝛ de appito
ribꝰ tuis vīdicor: vltionē mihi i penā ip̄e fecisti. Sũma voce fre
mere cepit: rabidioribꝰ itonare ꝓmonibꝰ. Stridore dētiũ frēde-
re: ꝛ in suos āpliꝰ deseuire. At dũ martyrē dei lacerat: se ip̄m po
tius laceraret. Fessi cessare carnifices: ꝛ defatigata sāguinolē
ta lictorum manus dum per latera martyris pendet: vita de-
fecit. Expalluit torq̄ntiũ vultꝰ: sudoris riuus liq̄scētia mēbra
tabuerũt: ābelũ pectus extabuit. Putasses potiꝰ ip̄os iter mar
tyris scti tormēta torqueri. Et sanguis et ip̄ius datiani facies
tremere cepit. Trepidũ pectꝰ euanescētes ebetātesq̄ȝ lumīe ocl'i

quasi in sua morte cōfusi. Quid agitis suis militib⁹ exclamat. Nō agnosco man⁹ vestras. Obsistētes ptinacie homicidas sepe vicistis. Parricidarū magorūq₃ silentia alta rupistis. Archana ipsa adulterorū nobis incūbētib⁹ patefacta sūt. Et qsqs cōfitēdo mori timebat: ī mortis cōfessionē pduct⁹ ē. O milites pncipum meorū: quod in cōtumelia ımpatorū nostrorū dicis: nō possum⁹ prohibere: vt vel p solo nostro pudore taceat. Alteros in cōfessione mortis sue loq cogim⁹: huic silētiū p cōtumelia nr̄a nō possumus iperare. Tu aūt. Lec. iiij.

Tunc sanct⁹ vincētius demū subriðēs ait. Hoc est qð in sancta lege pscribit⁹: vt vidētes nō videāt: ⁊ audientes nō audiāt. Dominū iesum xp̄m fateor filiū dei patris altissimi: ⁊ cum patre vnicū deū esse ptestor. Et negare me asseris q ea que vera sunt profiteor. Plane debes torq̄re si mētior: si pncipes tuos deos dicā. Sed torq̄ diutius cōfitētem. Nec a pena mea cesses vt vel si possis pbatam sacrilego tuo spiritu cognosce veritatem. Insanior ȝabulus irritatus. Vox serpentis inflatior anhelum pect⁹ tumētiores q₃ cervices ⁊ tota facies humāitatis vniuersa solā in corp⁹ beatissimi martyris fragrātē aciē lumınū venenato pestifero sydere figebat oculorū. Profluentes nō iā solis laterib⁹: sed toto corpore sanguinē cernēs viscerum interna patefacta: iūcturas ⁊ cōpages diuaricare diuortio tormētorūȝ Nihil erat qð vl̄ suis iā posset irasci: ⁊ qð vicebat iāȝ ipse mirabat. Miserere ingt vicētio datian⁹ tui: ne florē pdas. Nūc primū vernātis etatis in pmis annis posit⁹: ne vitā minuas lōgiorē. Parce iā supplicijs tuis: vt vl̄ sera ꝗsunt tormēta lucreris. At ille psci⁹ sanctitate ait. O virosa diaboli lingua: qð ī me nō facies: q deū et dominū nostrū tentare voluisti. Nō timeo supplicia tua: ꝗcūq₃ irat⁹ ipegeris. Hoc magis mihi formidinis est: quod fingis te velle misereri. Percurrāt omnes pene: et si quid prestigijs: siqd tua arte puersa: siqd malignitatis viribus poteris experiri: exerce sub amarissimo veneno tuo fidē et fortitudinem: ex anima xp̄iana. Nihil de supplicijs cesses: vt in omnib⁹ te victū esse fatearis. Datian⁹ dixit. Transferat vicētius ad legitimā q̄stionē. Percurrant omniū latronū homicidarū q₃ duictorū: etiā parricidarū violētiora tormēta. Si tā diu ingt durare aīa potest: int̄ supplicia vl̄ mēbra deficiāt. Vicere me non

potest: iste dñ viuit. O felicē me inqt vincētius sanctus. Datia ne mine tue laus est mea: ⁊ terror asperior cumulatior gloria.

Quod irasci te grauius putas: mei modo (Tu aūt. E.v. melius incipis misereri. Hinc ad patibulum raptus: immo ex eculeo deposit⁹: tortores suos ipse p̄currens: moras carnifi cū arguendo in seuicia sua: diabolū pudore tarditatis onerabat. Torquetur. tūditur. flagellatur. exurit: ⁊ distētis mēbris crescebat corpus ad penas. Sed spiritus q xp̄m dominū fatebatur: in vi ctoria perdurabat. Imponunt ardentes pectori lamine: ⁊ liqne factus inter ipsas cādētes ferri acies liquor guttis flamma stri dente respergitur. Vulnera vulnerib⁹ imprimūtur: et super tor menta desenūt. Sales igniti adspersi crepitantib⁹ minutim p̄ membra dissiliunt ⁊ iam non ad artus tantū sed ad ipsa viscera suppliciorum tela iaciūtur. Et quia integri corporis pars nulla superesset q̄ primū fuerat illata: iam et ipsa pena punitur. At to nitus datianus et a recurrentib⁹ suis militibus de vicentij bea tissimi martyris victoria: vt putabat professiōe puersa aut cer te iam de ipsa morte sollicitus, quid ageret: vel quid diceret in quirebat. Renūciatur ipsi datiano a dilectis et merētib⁹ suis: p̄ currisse vincētium vniuersa supplicia hylari vultu. spiritu for tiori. pertinaci magis professione quā ceperat dominū nostrū iesum xp̄m fateri. Heu inqt datianus vincimur: sed adbuc ha beo quod de supplicijs supsit. Et si flecti pertinacia nō potest: vel semper perdnret in pena. Spiritus qui cohercerī non potest puniatur. Querite inquit locū tenebrossum oppressumq̄ vr gēte tectura: ab omni publica luce sepositū: ⁊ perpetua nocte dā natum. Beatus huius peculiarem extra carceris carcerem pa tiatur. Ibi fragmētorum testule passim exasperatos congerite mucrones: vt ex omni parte male incisa fractura: elimatis ecule is iacētis corpus quidquid tetigerit infigat. Et ipsa conuer sio laterum: iterum innouetur ad penam. Ut quid mutatis ar tubus membra euadere se credant: semper offendant. Diuari cate p̄terea distētū robore: quo ad vsq̄ discerpi pene artus pos sint: vt p̄ singula mēbra rebellis nr̄orum principum expiret. In de clausū relinqte tenebris: ne vel oculis respiret ad lucē. Nul lus ibi hominū relinq̄tur: ne vl' cōsortio alicu⁹ s̄monis animet. Clausa et obseruata sint omnia: Sollicitl tantū estote: vt quan-

do offecerit nūciet. Nec mora cū pⁱma quies fessos custodū ar
tᵘs sōno vite lassabat. Qd datianᵘ pene grauissime mortis intule
rat diutius cōmutatur in gloriam. Tu autem. Lec. vj.

Carceris illᵘ nox eterna nouā accepit lucem. Flagrāt cerei
vltra solitum fulgore radiātes. Ipse sanctus vicenti stra-
mētis mollioribᵘ iam refectᵘ: psalmū dño canit ꝛ hymnū: letus
et exultās: vocis organa modulata suauitate cōtinēs. Tota aūt
vicinia q̄ ad eiᵘ supplicia mesta pdebat: p suauitate sonitᵘ de
mulcet auditᵘ. Trepidi subito expauere custodes: ꝛ euasisse per
fugā quē acceperāt putauerunt. Tūc beatᵘ vincētiᵘ ait. Noli
te timere. Pro vobis laudes meas ipse nō fugio. Properce si po
testis irrūpite ꝛ solatia martyris angelico obsequio ministrata
oculis haurite securi. Ubi relinq̄batis tenebras: gaudete lucē
Quem ingemiscerē in suspirijs credebatis: in laude veri dei ꝛ
cū patre vnici exultare gaudete. Laxata sunt vincula: creuere
vires. Corpus stramēto molliori reficitur. Miramini potius:
et plenius pia voce asserite preconijs cōfessorē dei semper esse
victorē. Quin potiᵘ ite renūciate datiano: qua pfruar luce. Cō
mētetur adhuc si potest diabolus et aliqd superaddat ad glori
am meam. Siquid potest de laudis titulo: nihil defraudet: sed
exerceat quidquid adhuc furor bacchātis inuenerit. Solā eiᵘ
misericordiam timeo: ne videatur ignoscere. Ad renūciatione3
omnium: exanguis trepidusꝫ pallidᵘ datianus: etiā ipse sibi ma
le cōsciᵘ: et in se penam sensit: dū in famulum dei seuit. Tande3
vox vera et si inuita simplicitate prorupit. Et quid inquit am
plius faciemᵘ? Iā victi sumᵘ. Deferat ad lectulū corpᵘ stramē
tis mollioribᵘ reponatᵘ. Nolo gloriosiorē facere: si intormēta ōfe
cerit. Ferūt ad lectulū gaudentiū manibᵘ ꝛ letātiū humeris: q osc
cularēt vestigia eiᵘ: ꝛ omne corpᵘ lacerū lāberēt: et ipsū sāgui
nē pfluētē in sue salutis remedia detigerēt. Et q in ipsiᵘ fuerāt
supplicia crassati: vtitᵘ eorū obsequijs baiulatorum dei seruus
probatissimus: accipere inimicorum suorum meruit seruitute3
Hic statim spiritus iam victo diabolo cruento: emicuit ex ecu
leo. Et puto hoc maxime: ne datianus crederet per se esse seruā-
tum. Renunciato igitur recessu eius. Jam victus atꝫ confusus
datianus ait. Si non potui inquit superare viuentem: puniā vlᵗ
defunctum. Non est spiritus qui repugnat: nec etiam anima q̄

vincat. Cum mortuo et vacuo certamen nullum est. In exangues artus corpis destituti: nouis supplicijs debacchabor. Satiabor de ei⁹ pena: si mihi non potuit prouenire victoria. Proijcite inquit illum in apertum campum: nullo defendente obstaculo. Ibi cadauer exanime. feris, auibus: et canibus consumendum tradatur: vel quod solum inferre mortuo possum: nō habeat sepulturā. Sed ecce expositū ad suppliciū corpus non aliqua humana manus q̄ forte crederet̄ pnat corrupta. Non pia ipa licet miseratio xp̄iana: q̄ sibi martyrem in commune preuenisse gaudebat. In quo forte ideo nullius excubijs vigilauit obsequiū: nec angelica et diuina custodia honoris martyris defuisse crederet̄: si custodia vigilasset humana. Coruus haud procul residens: auis lenta et pigerrima: cute tetra: specie decolor: puto vt funebrē habitū volamēto quasi lugentis ostēderet: cū abigeret reliquas aues magnificas: pēnas q₃ pcutiens: aduenientem subito lupū incursibus suis terrēs exegit e corpore. Cū ille reflexa ceruice nō q̄ a corui illi⁹ impetu terreret̄: sed duz aspectu corporis stupefactus abiret credo aliquā custodiam mirabatur angelicam. Reddita est antiquitatis historia: per auem similem ante belic mane et vespere plenos messo₂ portauerat cibos. Nunc sancto vicentio martyri iussa obsequia ministraret Territus tali nūcio datianus: iam inquit vincere nec mortuum possum: et per diuersam seuiciam meam dū acrius psequo₂ gloriosiorem feci. Tu aūt. Secūdū ioannē.

In illo tpe. Dixit dominus iesus discipulis suis. Amē amē dico vobis: nisi granū frumenti cadens in terram mortuuz fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuū fuerit multū fructum affert. Et reliqua.

Omelia ex dictis sancti augustini. Lectio. vij.

Confluentibus gentilib⁹ ad diem festū hierosolymam: et dominū iesum videre cupientibus: cum hoc illi ab apostolis nūciatum fuisset. Mox de sua passione q̄ nō solū iudeis₃ etiā gentiles ad salutē erāt colligendi. Hoc qđ in p̄senti lectione recitat̄ paucis premissis adiūxit. Uenit inquiens hora: vt clarificetur filius hominis. Ac deinde comparationē congruam subdendo: intulit dicens. Nisi granū frumēti cadēs in terram mortuum fuerit: ip̄m solū manet. Tu aūt. Lectio. viij.

QUo loco granum frumenti seipm itelligi voluit: quo in terrā cadente per mortem carnis multarum messium seges p orbem emersit. Sicut ergo granū frumenti cadens in terram nisi moriatur soluz manet. Sic xp̄s dn̄s solus bonus. Solus iust⁹ Solus sanctus mā̄sisset: nisi pro nobis mortuus fuisset. Moriens autē cunctas pene gentes: sua morte ad cognitionē suam adduxit: ⁊ eas tanquā optimū fructum in horreum celestis patrie introduxit. Qui amat animam suā: perdet eam. Anima in hoc loco pro vita presenti accipitur vt alibi. Ne solliciti sitis anime vestre: ⁊ cetera. Tu autem. Lectio. ix.

HEc ergo sentencia gemina expositione accipi valet. Qui amat inquit animaz suā: subaudi ab inferiorib⁹ in hoc mūdo perdet eam. Idest si amas animam tuam in deo. Perdes illam in seculo. Hoc est si ad hoc amas animam tuam vt cupias vitam eternam tenere cū xp̄o: perde eam mundo: vt non timeas mori pro xp̄o. Uel ita. Qui amat animam suā perdet eaz. Idest qui amat istam vitam presentem: p̄det futuram. Qui sensus verior esse videtur: pro eo qđ sequitur. Et qui odit animam suaz in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Tu aūt.

In festo sancti illefonsi. Lectio. i.

ECce dapes melliflui illius dn̄i Illefonsi quas de paradyso dei rapiens: ⁊ p totam hesperiam dispergens: inediam nostram ingenti satiauit eloquio. Non impar meritis illius sanctissimi dn̄i isidori: de cuius fonte adhuc clientul⁹: purissimos latices bibit. Nam directus a sancto ac venerabili papa eugenio toletane sedis metropolitano ep̄o: ad supradictū doctorem hispalēsem metropolitanū ep̄m sibi iā sciolus videbatur. Ab eo tentus ⁊ elimatus est. Et vt ferunt tēporali ferro constrictus: vt quid scientie deerat plenius instructus: ⁊ ad pedagogum suum dominū eugeniū remeans: nō post multos dies adhuc diaconi officia peragens in ecclesia sanctorum cosme ⁊ damiani quesitus est in suburbio toletano: vt abbas p̄ficeretur. Ubi statim in officio clarens duas missas i laudem ipsorum dominorum suorum quas in festiuitate sua psallerent: miro modulationis modo p̄ficeret: quas missas ifra an-

Non inde post multũ (notatas inuenies. Lectio .ij.
tēpus decedente dño eugenio in sede sua eps pficit. Cui⁹ statim virtus enucleata in sede romulea refulsit: veluti facicula ardēs: omnē suā hispaniā plustrauit. Cui⁹ doctria vsq3 hodie fulget eccl'ia vt sol luna. Cui⁹ memoria i bñdictione odoris cōpositiōe incēsi habet. Qui ab ipsis cunabul' ab ineūte etate eunuchus pmanēs magnū in se dño habitaculū pparauit. Qui non manubrio manus: sed diuino secatus est gladio: nec igenio ferramētorum resecauit libidinem: s3 munere celesti promeruit sanctitatē. Qui subito dono sup no afflat⁹ est tanto predecessorib⁹ suis clarens: qđ illis clausum fuerat ipi reseratū est. Sic enim habitator suis spūs sanct⁹ egit: vt q đ iste celabat intus ille pateseceret foris. Et vbiq3 preparatus adiutor fortissimus occurreret: vt iste ornaret quod in laudes virginū panderet: illis reuelaret quod aliquid mirum in athleta ostenderent vñ fides eius merito coram hominibus declararent: laborante3 in agone special' de donarijs suis nō euacuarēt. Tu autē. Lec. iij

Hic enim egit: vt quod p tot annos populis desiderantib⁹ nec dū ostensū fuerat: illis circum se congregate stipate faceret exprimi. Et reliquias scte a deo dicate virginis confessoris sue leocadie: adueniēte die in sede regia sue festiuitati omnibus adstantibus presentaret: ante sepulchrū eius genibus prouolutus: tumulus in quo sanctū eius corpusculum vsq3 hodie humatū est exiliret: opertorium qđ vix triginta iuuenes mouere possunt: non humanis manibus sed angelicis eleuatū: velū qđ scte martyris mēbra tegebat: viuēs foris submitteret: veluti manibus hominis extēsū: cōspectui ei⁹ virgo pulcherrima obsequēs adueniret: clamantibus epis, principibus: psbyteris, ac diaconib⁹, clero: atq3 oī pplo. Deo grās i celo. Deo gratias in terra: nemine tacente. Ipe vero manibus statim cōplexans astringēs, talia fertur depromere vota: vociferās cū omni populo: clamans deo grās. Viuit mea domina: per vitā illefonsi. Et ipm repetens clerus vehementer psallebat all'aticū quod ipe domin⁹ illefōsus generaliter fecerat. Speciosa facta es alleluya. Et alia q̄ in ipsa missa q̄ subter est annotatā: in

Clamabat in (laudē eius deprōpserat. Lu. Lec. iiij
ter voces ppl'i velut mugiens: vt aliq đ icisorū deferrētvū

manibus quod tenebat precideret: et nemo illi occurrebat: quia populus vastis ictibus vocibusq; frendebat. Nam et sancta virgo quod voluntate submiserat: vt desideria crescerent: violenter trahebat. Sic princeps quondam recindus qui ei⁹ tempore preerat gloria et ferocitate terrena deposita: qui eū ab iniquitatibus suis increpatus superbo oculo intuebatur: cultrum modicum quē in teca tenebat: cum lachrymis offerebat. Et collo submisso supplices manus a throno suo extentas: vt eum illi defferrent instantius deprecabatur. Postulās vt indignū non iudicaret sua cum lachrymis offerentem. Quem ille apprehendens: quod manu leua iam modicum tenebat: dextra precidit: et cultrum ipsum vna cum eisdem reliquijs tecis argenteis collocauit. Indignum iudicans: vt qui sancta preciderat pollutavl tratangeret. Sed sine mora requirenti munus qua voce valebat vicario iure precepit impendi. His peractis quia lōga sūt: ista omnia enotari: omnia que vsui pertinebant ecclesie sancte catholice: in dei laudib⁹ vsqquaq; cōpleta sūt. Lu aūt. L. v.

His excussis. Alia adhuc miracula spiritus sanctus per eū in ipso dominico aduētu: non post multos dies peregit. Sz quia omnia sunt longa recēseri que eius temporibus in toletana vrbe dominus vrbanus et dominus vuantius facta narrabant: vl ex multis pauca progrediamur. Quia qui mecum hoc audierunt: cum hec legerint dolebunt preter misisse tam multa et magna que vtiq; mecū sciunt. Superueniente vero die sancte et semper virginis marie ante tribus dieb⁹ letanias peregit et missam suprascriptā q̄ in ei⁹ laudē decātaret die pfecit que ē septima. At vbi ventum est in ei⁹ sancta solēnitate supradict⁹ rexmun⁹ de timore dei sollicitus: et de suis iniqtatibus male cōsci⁹ ad audiēda solemnia de more parato regali accessit. Naz seruus dei illefonsus maiori adhuc munere fret⁹: dū diem dñe sue cui pſul seruiebat: ouans susciperet: et in laudē gēitricis dei hoc quod supra enotauim⁹: sūmo cū cordis affectu armonie modulatione cōposita musica appareret: et libellū virginitatis more sinonime testimonijs veteris ac noui testamēti plenū certe ederet: et digne facūdie ad magnificētiā iā factā dñe sue exornaret dū ante horas matutinas solito more ad obsequia deo pagēda ɔsurgeret: et vigilias suas dño cōsecraret: diacon⁹ atq; subdia

con⁹ atq₃ cleric⁹ ante eū cū facul is p̄cedentes: subito ostia atrij aperiētes: ecclesiā intuētes: atq₃ in splēdore celesti oculos desi gētes: lumē q̄d ferre nō valuerūt: cū tremore effugiētes: lampa des quas māib⁹ tenebāt: reliqrūt. Et sua vestigia qua venerāt adcūtes: ppe mortui reuersi sunt ad sodales. Tu aūt. Lec. vj.

Sollicita omnis cōgregatio: reqrētes quid dei seruus ageret cū angelicis choris: subito expauebāt custodes: et terga ad ostia ecclesie dantes: reuertebant ad pprias sedes. At ille sibi bene cōsci⁹ ante altare sancte virginis procedēs reperit in cathedra ipsam dominā sedentem: vbi solitus erat episcop⁹ resi dere: et populū salutare. Quā cathedrā nullus episcop⁹ adire tentauit: nisi postea domin⁹ sisbert⁹ quiistā statim sedē ipsā sedens exilio relegat⁹ est. Et eleuatis oculis aspexit i circuitu ei⁹ et vidit omnē asidā ecclesie repletā virginū turmis de canticulis quadā modulata suauitate aliquid decātantes. Aspiciēsq₃ in eā vt ipse sibi cōscijs et bene charissimis refoueat: sic eum al locuta est voce. Propera in occursum serue dei rectissime: accipe munusculū a manu mea: quod de thesauro filij mei attuli. Sic enī tibi opus est: vt beneficio tegminis q̄d tibi delatū ē in meo tātum die vtaris. Et quia oculos fide fixos in meo semper seruitio pmāsisti: et i laudē meā: diffusa i labijs tuis grā tā dulcia i corde fideliū depixisti: ex vestimētis glorie iā in hac vita orneris: et i futuro in pmptuarijs meis cū alijs huis filij mei letet ris. Et hec dicēs ab oculis ei⁹ vna cū v̄ginib⁹ et luce qua venerat remeauit. Remāsit dei seru⁹ in tātū sollicitus de adipiscēda gloria: quātū perspicuus de sibi palme victoria. Tu aūt.

In conuersione sancti pauli apli.

Paulus adhuc spirans minarum et (Lec. j. cedis: in discipulos dn̄i. Abijt ad p̄ncipē sacerdotū: et petijt ab eo epistolas ad sinagogas i damascū: vt si quos iuenisset vie hui⁹ viros ac mulieres victos duceret irl'm. Et cū iter faceret: cōtigit vt appinq̄ret damasco. Et subito circūfulsit eū lux de celo: et cadēs in terrā audiuit vocē dicētē sibi Saule saule qd me psēqris? Qui dixit. Quis es tu? At ille. Ego sū iesus nazaren⁹ quē tu psēqris. Durū est tibi contra stimulum

calcitrare. Et tremens ac stupens: dixit. Domine quid me vis facere? Et dominus ad eum. Surge et ingredere ciuitatem: et dicet tibi quid te oporteat facere. Uiri aūt illi qui comitaban tur cū eo stabāt stupefacti audiētes quidē vocē: neminem autē vidētes. Surrexit autem saul⁹ de terra: apertisq; oculis nihil videbat. Ad manus autē illum trahētes: introduxerunt damascū Et erat ibi trib⁹ dieb⁹ non videns: et nō manducās: neq; bibēs

Rat aūt quidam discipulus damasci: (Lu. aūt. Lec. ij. nomine ananias. Et dixit ad illū in visu dn̄s. Anania. At ille ait. Ecce ego domine. Et domin⁹ ad illū. Surge ⁊ vade in vicum q vocatur rect⁹: et quere in domo iude saulū nomine tarsensem ecce enim orat. Et vidit virū ananiā nomine introeuntē et imponētem sibi manus vt visum reciperet. Respondit autē ananias. Domine audiui a multis de viro hoc: quanta mala fecerit sanctis tuis i hierusalem: ⁊ hic habet potestatē a principibus sacerdotū alligādi omnes q inuocāt nomē tuū. Dixit aūt dominus ad eum. Uade quoniā vas electionis est mihi iste: vt portet nomē meum corā regib⁹ et gētib⁹: ⁊ filiis israel. Ego enī ostendam illi: quāta oporteat eū pro nomine meo pati. Abijt aūt ananias ⁊ introiuit in domū: et iponens ei man⁹ dixit. Saule frater. Dominus iesus misit me qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas et implearis spiritu sācto. Et confestiȝ ceciderunt ab oculis eius tanquā squame: ⁊ visum recepit. Et surgēs baptiȝatus est. Et cū accepisset cibum: cōfortatus est. Fuit aūt cum discipulis qui erant damasci per dies aliquot: et cōtinuo predicabat in sinagogis iesum affirmans quoniam hic est xp̄s.

Tupebant omnes qui eum audie (Lu. aūt. Lec. iij. bant: et dicebant. Nōne hic est qui expugnabat in hierusalem: eos q inuocabant nomē istud? Et huc ad hoc venit vt victos illos duceret ad principes sacerdotū. Saul⁹ autem multo magis cōualescebat et cōfundebat iudeos: qui habitabant damasci: affirmans quoniā hic est xp̄s. Cum autē implerētur dies multi: cōcilium statuerunt iudei: vt eum interficerent. Note autem saulo insidie eorū facte sunt. Custodiebant aūt portas die ac nocte: vt eū interficerēt. Accipiētes aūt discipuli eius nocte submittentes in sportam: dimiserunt per murum. Cum aūt venisset in hierusalem tentabat iungere se discipulis: ⁊ omnes ti

mebant eum nõ credẽtes quia esset discipulus. Barnabas autem apprehensum eũ duxit ad discipulos: et quia in via vidisset dominum: et quia locutus est ei. Et quomodo in damasco fiducialiter egerit in nomine iesu: et erat cũ illis intrans ꝛ exiens in hierusalẽ. Et fiducialiť agẽs in nomine dñi. Loq̄bať quoquomodo et disputabat cũ iudeis: illi aũt q̄rebant occidere eũ. Quod cũ cognouissent fratres: deduxerũt eũ cesaream: ꝛ dimiserunt. Ecclesia vero ꝑ totam iudeam et galileam et samariam habebat pacẽ: ꝛ edificabatur ambulãs in timore domini et consolatione spiritus replebatur. Tu autem. Lec. iiij.

Qui enim ad dei presepe moratus est. Qui ruminare verba euãgelij dedignatꝰ nõ est. Ait enim. Ascendi hierosolymã cum barnaba assumpto et tito. Ascendi autem secũdum reuelationẽ: et cõtuli cũ illis euangeliũ. Et quis priꝰ ieiunus audierat durũ est tibi ꝯtra stimulũ calcitrare: mira postmodũ virtute presidentis pressus: ex verbi pabulo vires obtinuit: ꝛ calcẽ sup̄bie amisit. Bos quoq₃ dei nõ tantũ a feritate restringitur: s₃ quod magis sit mirabile ad arandum ligatur. Ut nõ solum homines crudelitatis cornu nõ impetat: sed eorum etiam refectioni seruiens: aratrũ predicationis trahat. Ipse quippe de euangelizantibꝰ quasi de arãtibꝰ dicit. Debet enim in spe q̄ arat aratro arare: et q̄ triturat in spe fructus ꝑcipiẽdi. Qui igiť tormẽta prius fidelibus irrogauerat: et pro fide postmodũ flagella libenť portat: qui scriptis etiã epistolis humilis ac despectꝰ predicat: quod dudũ terribilis impugnabat. Profecto bene ligatus sub aratro desudat ad segetẽ. Qui viuebat in cãpo male liber a timore de quo recte diciť. Aut cõfriget glebas valliũ post te? Jam scilicet quorũdam dominꝰ mentes intrauerat. Qui illum veraciť humani generis redemptorẽ credebãt. Qui tamen cum nequaquam a pristina obseruatione recederent: eis predicator egregiꝰ dicit. Si circũcidimini. xp̄s vobis nihil ꝓderit. Qui ergo in humili mẽte fideliũ legis duriciã redarguẽdo ꝯtriuit. Quid aliud quã in valle post dominũ glebas fregit. Ne videlicet genera seminũ: q̄ excisus aratro fidei sulco cordis exciperet: ꝑ custodiã litterę p̄ssa deperirẽt. De quo bene adhuc subditur. Nũq̄d fiduciam habebis in magna fortitudine eiꝰ: ꝛ derelinq̄s ei labores tuos. In rhinocerotis huiꝰ fortitudine fiduciã deꝰ habuit

quia quãto illũ crudelius dura sibi inferentẽ pertulit:tanto ꝑ se cõstãtius tolerãtẽ etiã quos ipse in carne pertulerat dereliqt quia conuersum illũ vsq; ad immitationẽ proprie passionis tra Unde ? per eundẽ rhinocerotẽ (xit. Tu aũt. Lec. v. dicitur. Suppleo ea que desunt passionũ xp̄i in carne mea De quo bene adhuc subdit. Nũquid credes ei quod reddat sementẽ tibi: ? aream tuã cõgreget? Consideremus saulum qs fuerit cum ab ipsa adolescentia lapidantium adiutor existeret: cũ alia ecclesie loca vastaret: ? acceptis epistolis vastãda alia peteret: cũm ois ei fidel iũ nulla sufficeret: sed semper ad illoꝝ interitũ alijs extinctis anhelaret? Profecto cognouim⁹: quia nullus tunc fideliũ crederet: quod ad iugũ deus tunc sue formidinis vnitate elationis inclinaret. Unde ? ananias voce dominica postquam conuersum audiuit extimuit dicens. Dñe audiui a multis de hoc viro: quãta mala fecerit sanctis tuis i hierusalem. Tu autem.

Quia tamen repẽte commutatus: ab hoste predicator efficitur: ? in cunctis mũdi partibus redemptoris sui nomẽ insinuat. Supplicia pro veritate tolerat: pati se que irrogauerat exultat. Alios blandimentis vocat. Alios ad fidem terroribus reuocat. Istis regnum pollicetur celestis patrie: illis minatur gehennam ignis. Nos per auctoritatẽ corrigit: alios ad viam rectitudinis per humilitatẽ trahit. Atq; i omni latere ad manũ se sui rectoris inclinat. Et tãta arte dei aream cõgregat: quanta pus illam elatione ventilabat. Sed neq; hoc abhorretur a paulo quod rhinoceros buxei coloris dicitur: ? elefantorũ ventres cornu ferire perhibet Qui eni viuere sub vigore legis assueuit: aptius in illũ ceteris custodia vniuscuiusq; virtutis inoleuit. Quid enim ꝑ colorẽ buxeũ: nisi abstinẽtie pallor exprimitur? Cui ipse tenaciter adherere testatur: dicens. Castigo corpus meũ ? in seruitutẽ redigo: ne forte alijs predicans: ipse reprobus efficiar. Quia diuine legis eruditione preditus cũ alioꝝ ingluuie redarguit: cornu elefantem in vẽtrẽ ferit. In ventre vero elefantes pcusserat: cũ dicebat. Multi ambulãt quos sepe dicebã vob. Nũc aũt ? flẽs dico inimicos crucis xp̄i: quoꝝ finis interitus: quoꝝ de⁹ venter est: ? glĩa in confusionem ipoꝝ. Et rursum huiusmodi

Lectio. vj.

xpo domino nō seruiunt: sed suo iam ventri. Cornu igitur suo rhinoceros iste nō tā hoies: sed bestias pcutit: qn̄do paul⁹ doctrine sue illa fortitudine nequaquā ꝑimendos humiles impetit sed superbos ventris cultores occidit. Que ergo in paulo scripta cognouimus supest: vt facta ⁊ in alijs credamus. Tu. a.

Secundum ioannem.

In illo tempore. Dixit simō petrus ad dominum iesum. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Omelia ex dictis sancti augustini. Lectio. vij.

Grādis fiducie Petrus piscator erat: diues non fuerat: cibos manu ⁊ arte querebat: ⁊ tamen loquitur confidenter. Reliquimus omnia. Omnia enim relinquit: qui volūtatem habendi deserit. Sed quia non sufficit tantum relinquere: iungit quod perfectum est. Et secuti sumus te: fecimus quod iussisti. Quid igitur dabis nobis premij? Jesus autē dixit illis. Amē amen dico vobis q̄ð vos qui reliq̄stis omnia: ⁊ secuti estis me in regeneratione cū sederit fili⁹ hoīs in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos sup sedes duodecī iudicantes duodecī tribus israel. Nō dixit q reliq̄stis oīa. Hoc enī ⁊ socrates fecit philosophus: ⁊ mlˀti alij diuitias contempserūt: sed qui secuti estis me: q̄ð ꝓprie apostolorum est atq; credentium. Tu autem.

Lectio viij.

In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: quando ex mortuis de corruptione resurgent incorrupti. Sedebitis et vos in solijs iudicantium: condemnātes duodecim tribus israel. Quia vobis credentibus: illi credere noluerunt. Hinc dicimus cum suis discipulis iudicaturum iesum. Unde ⁊ alibi iudeis dixit. Si ego in beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse: aut duodecim solos homines cum illo iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero vniuersa significat̄ iudicantiū multitudo ꝓpter duas partes nūeri septenarij quo significatur plerumq; vniuersitas que due partes idest tria ad quattuor: altera per alteram partē multiplicata duodecī faciūt. Alio quin q̄m in locū iude traditoris: apostolū mathiam legimus

ordinatū. Apostolus paulus q plus illis oībus laborauit: nisi ad iudicandū sedeat non habebit q ꝑfecto cum alijs sanctis ad numerū iudicū se ꝑtinere demōstrat cū dicit. Nescitis q̄ angelos iudicabim⁹? De quoqꝫ ipīs iudicādis ī hoc duodenario numero similis causa est. Lec ix.

Non enī qꝛ dictū est iudicātes duodeci tribus isrl'. Trib⁹ leui q̄ terciadecima ē ab eis iudicāda nō erit. Aut solū illū populū nō cū gētibus ceteris iudicabunt? Qđ aūt ait in regeneratione. Procul dubio mortuoꝝ resurrectionē noīe voluit ꝛ regeneratiōis intelligi. Sic enī caro mea i cgeñabit' p icorruptionē: quēadmodū aīa nr̄a regenerata ē p fidē. Quid ergo dicemus de paulo? Nūqd terti⁹ decimus iudicabit? Quomodo in cētum qnquaginta trib⁹ piscibus ingentē numerū sanctorū: ꝛ in qnqꝫ fratribus illius q torquebatur ad inferos milia populi iudeorū de quibus helie dicitur. Reliqui mihi septem milia virorum. Sic in duodecim sedibus: non tantum duodecim homines: sed magnus intelligit' numerus perfectorum. Orbis enim terrarum quattuor designatis ꝑtibus continet'. Ab his omnib⁹ ꝑtib⁹ vocatur in trinitate. Quoniam ter quaterni duodecim fiunt: perfectum numerum significat. Duodecim ergo trib⁹ israel. Duodecim trib⁹ sunt. Sicut enim iudicaturi ex toto mūdo: ꝛ sic iudicādi ex toto mundo erūt. Et omnis qui reliq̄rit domū vel fratres: aut sorores: aut patrem. aut matrem. aut vxorē. aut filios. aut agros ꝓpter nomen meum: centuplum accipiet ꝛ vitam eternam possidebit. Sensus igitur iste est. Qui propter euangeliū xp̄i carnalia relinquent: spiritualia bona recipient: que comparatione ꝛ merito sui ita erunt quasi paruo numero centenarius comparetur. Qui nimirum a fratribus atqꝫ consortibus propositi sui q ei spirituali glutino colligant': nullam gratiorem etiam in hac vita recipiet charitatē. Lege actuꝫ apostoloꝝ qꝛ multitudinis credentiū erat cor vnum ꝛ anima vna: ꝛ erant illis omnia cōmunia. Nullusqꝫ egēs erat inter illos: qꝛ sua ꝓ dn̄o reliq̄rant. De quibus et apostolus ait. Tāquam nihil habentes ꝛ omnia possidentes. Tu autem.

In natale sancti policarpi episcopi ꝛ martyris.

De sancto policarpo.

Natale sancti policarpi: q beati ioannis apostoli discipulus ⁊ ab eo smirneoꝝ episcopus ordinatus: totius asie princeps fuit postea vero regnante marco antonio: ⁊ lucio aurelio comite: quarta post neronem persecutione smirne sedente ꝓconsule ⁊ vniuerso populo in amphiteatro aduersus eiꝰ personam: igni traditꝰ est. Cum quo etiam alij duodeci ex philadelphia venientes: apud vrbem prefatam martyrio coronati sunt. Tunc etiam germanicus athleta xpi insignis: glorioso martyrij agone translatus est. Nam cum a iudice damnatus fuisset ad bestias vltro sibi preparatas: bestias prouocauit. Despiciens videlicet temporalem mortem: ⁊ coronam vite eterne veloci fine adipisci desiderans. Scripsit idē beatus policarpus ad philipenses valde vtilem epistolam que vsqꝫ hodie in asie conuentu legitur. Et vniuerso populo in se acclamationibꝰ excitato: primū cōpellētibus ⁊ deprecantibꝰ eum suis: vicinū locū semel ⁊ iterum succedens: deinde cōprehensus ab inqsitoribus: apponi eis mensam iubet: atqꝫ epulas largius ministrare. Tu autem. **Lec. i.** **Lectio. ij.**

Et hore vnius spatio ab eis orationis grā īpetrato: instante hora ꝓgredit̄. Cūqꝫ interrogaret̄ a ꝓcōsule: si ipse esset policarpus: se esse cōfitetur. Ego inqt habeo etatis tue reuerētiā: ⁊ ꝑcens vltime senectuti tue: iura fortunā cesaris: gerēs de ꝑoribꝰ penitudinē: ⁊ cōclama tolle sacrilegos. Tūc policarpus toruo vultu ad populū q ī stadio residebat aspiciēs: eleuata ad celū dextera: cū gemitu ꝓclamauit ⁊ dixit. Tolle sacrilegos. Sꝫ insistēte ꝓcōsule ⁊ dicente. Iura fortunā cesaris: ⁊ dic in xpo cōuicia ⁊ dimitto te. Policarpꝰ ad hec dixit. Octoginta ⁊ sex annis seruiui ei: ⁊ nihil me lesit vnquā. Quomodo possū blasphemare meū regē: q salutē mihi dedit? Cūqꝫ rursus vehementius vrgeret̄: vt fortunā cesaris iuraret ait. Si hanc iactātiam queritis: vt ego fortunā cesaris iurē: ⁊ siqs sim ignorare te simulas cum oī libertate audi me: q ꝛ xpianꝰ sū. Misso igit̄ curiōe magna ꝓtestari policarpū tertio cōfessū se xpianū esse. **Lec. iij.**

Quo audito vniuersa multitudo tā gētiliū quā iudeoꝝ smirnēsiū ciuitatis: cū ingēti furore acclamabant. Hic ē totius asie doctor ⁊ pr̄ xpianorū: nostroꝝ aūt subuersor deorū. Ipse est

q multos docet ne imolent: ⁊ ne adorent deos. Omnesq; pariĕ cō clamabant: vt pollicar pu s vi nus arderet. Poterebat eniz visionē eius quā de ardēti cernicali viderat impleri. Que cuz dicto citius agerētur ipsis populis ligna vel de balneis vel de publicis q̄buisq; locis sarmēta cōgregātibus: pcipue iudeis ardētius: ad hec ex more feruētibus cū oī velocitate extruct⁹ est rogus. Tunc depositis vestibus senior ac zona resoluta: calciamēta quoq; de pedibus tētabat educere: q̄ nūquā nisi a religiosis quibusq; fide ⁊ deuotione semetipsos inuicē preuenienti bus: resolui consueuerat. Ita nāq; in omni etiam reliqua vita sua venerabiliter ab omnibus colebatur. Ut ergo expleta sūt que ad ignē pertinebant: cū eni vellent rogo impositū: etiā clauis affigere: ait. Sinite me. Qui eniz dedit mihi ignis ferre supplicium: dabit vt sine dolore clauorum affixione flāmas immobiliter perferam. Tunc illi omissis clauis: vinculis vsi sunt. Qui post tergum manibus reuinctis velut electus aries ex magno grege assumptus: acceptabile holocaustū omnipotēti oblatus est deo. Orationemq; vt cōplenit: subdunt ingnē homines stipule ignis eterni. Cumq; flamma ingens reluxisset: viderunt miracula omnes quibus deus videre ea cōcessit. Flāma etenim in modū camere curuata: in spe quasi veli nauis ventosi natātis supra corpus martyris stetit.

In natale sancte agnetis virginis ⁊ martyris. Lec. i.

Cum in toto mūdo virgineus flos marie immarcessibiles coronas innectat: hoc ceptrigerā pudoris aulam imaculato conseruet affectu: eousq; integritas perseuerauit ad palmā: vt in puellis tropheū sanctitatis arriperet: ⁊ per vestigia matris virginis ad celestē thalamū perueniret. Hinc est qd̄ anulo fidei agnes se asserit subarratā: ⁊ clamat se amore dn̄i cōstrictā. R. ij.

O Quam admirabile sacramētū virtutū: virgo tu tradidisti amoris exemplū. O quā sanctū peccatorib⁹ dandū in virgines tribuisti responsū: contemnendo diuitias: refrenando carnis ocupiscētias: ⁊ solā xp̄i pulchritudinē adamādo. Accedite ad puellam puelle: ⁊ discite in annis infantie: quales in pectore

suo circa amorem xpi flammas accendit. Dicit se amatori suo seruare fidem: ⁊ eius corpus concupiscere solum: qui pro amore hominum non recusauit mortis interitũ. Tu. Lectio .iij.

D Iscite xpi amorem in puella feruentem: ⁊ omnes mundi diuitias velut stercora recusantem. Ideo enim sanctorũ p litteras traduntur exempla: vt vnusquisqꝫ ꝑ qualitate sexus: ⁊ per etatem annorũ: modũ sui propositi teneat. Et sicut per virginem virgines: ita ⁊ per coniugẽ coniuges: vincere seculũ pro xpi amore studeant: ac repugnatione animi mundi dulcia et ei⁹ non recusantes precepta austera ad dilectiones perpetuas ⁊ ad gaudia eterna pertingant. Tu autem.

In natale sancti ignacij episcopi

N Atale scti ignatij epi (⁊ martyris. Le. j. ⁊ martyris q tertius post petrum antiochenã rexit ecclesiam. Fuit enim discipulus sancti ioãnis euangeliste: vir in omnibus apostolic⁹: secũdus post apostolos fact⁹. Qui post enodiũ suscepit antiochenorum ecclesiã gubernandã: q̃ oli a tẽpestatibus ⁊ persecutionib⁹ agitabatur. Persecutionem enim commouẽte traiano: sponte veniens ad eũ: ab ipo dãnatus est: ⁊ romam vinctus mittitur. Cũqꝫ nauigans smirnam venisset vbi policarpus auditor sancti ioannis apostoli ⁊ condiscipulus eius erat: scripsit vnam epistolam ad ephesios: alteram ad magnesianos: tertiam ad traoenses: quartam ad romanos. Et inde egrediens: scripsit ad philadelphos: ⁊ ad smirnos ⁊ propriam ad policarpum: cõmendãs illi antiochenam ecclesiam. In qua ⁊ de euangelio quod nup a me translatum: sub persona xpi ponit testimonium dicens. Ego eni et post resurrectionẽ eum in carne vidi: ⁊ credo quia sic sit. Tu aũt.

Lectio. ij.

E T cũ venit ad petrũ: ⁊ ad eos q cũ petro erant: dixit eis. Ecce palpate ⁊ videte: quia nõ sum demoniũ incorporale: ⁊ statim tetigerunt eũ ⁊ crediderunt. Dignũ mihi videt̃ q2 cũ tãti viri feceri mentionẽ de epistola eius quã ad romanos scripsit pauca ponerẽ. De siria inqt vsqꝫ romã: pugno aduers⁹ bestias i mari ⁊ in trra: nocte ac die ligatus cũ decẽ leopardis: hoc est

militibus q me custodiunt: qbus cũ benefeceris: peiores effici unt. Iniquitas aũt eorũ mea doctrina est: sed nõ idcirco iusti ficatus sũ. Utinã fruar bestijs q̃ mihi sunt preparate: q̃s ⁊ oro veloces mihi esse ad interitũ: ⁊ alliciant ad comedẽdũ me: ne si cut aliorum martyꝝ nõ audeant etiã corp⁹ attingere. Q̄ si ve nire noluerint: ego vi faciaȝ: vt deuorer. Ignoscite mihi filioli: quid mihi prosit ego scio. Mea cupiditas crucifixa est: nũc in cipio esse discipulus xp̄i: nihil de his q̃ videnť desiderãs: vt ih̄ȝ xp̄m inueniã. Tu aũt.

Lectio. iij.

Cumqȝ venisset romã presentante traiano: circũsedente senatu: pilis plũbeis primũ scapule eius fuerũt cõcusse: deinde vngulis latera eius dilaniata: ⁊ lapidib⁹ asperis cõfricata: postea expãsse man⁹ ei⁹ ⁊ igne replete: papiro oleo infuso ⁊ incẽso latera eius adusta sũt postea super carbones ardẽtes in pauimẽto asp̄sos sancte eius plante steterũt: postea lectũ ascẽdit flãmantẽ: postea dorsum ei⁹ diu vngulis discissuȝ: ⁊ dilaceratũ fuit. Postea aceto ⁊ sale ei⁹ plage perfuse sunt. Postea vngulis ferreis beata illi⁹ mẽbra sunt astricta: ⁊ pedes ei⁹ in ima carceris ligno cõclusi sunt: ⁊ tri bus diebus ac noctibus panem non comedens: ⁊ aquam non bibens. Sedente traiano pro tribunali in amphiteatro: concur rente omni turba romanorum: ligatus duobus obijcitur leoni bus. Cumqȝ iam proiectus bestias rugientes audiret: ardore patiendi ait. Uiri romani qui hoc certamen spectatis non sine causa laboraui: non propter prauitatem hoc patior: sed propter pietatem. Frumentũ xp̄i suȝ: dentibus bestiarum molar: vt pa nis xp̄i mundus inueniar. Hec illo dicenti: accurrerunt ad euȝ leones ⁊ ex vtraqȝ parte super eum intendentes: prefocauerunt eum tantummodo: ⁊ non tetigerunt carnes eius: vt reliquie eius tuitioni essent populo romanorũ ⁊ magne vrbi: in qua pe trus crucifixus est. Paulus decollatus est. Honesim⁹ lapida tus. Pass⁹ est autẽ vndecimo traiani ãno cõsulat⁹ aticij ⁊ mar celli. kalendas februarij. Reliquie corporis eius a fratrib⁹ ei⁹ qui eum vsqȝ ad martyrium duxerant antiochiam: relate iacẽt extra portam daphniticã in cimiterio ecclesie. Tu autem.

In purificatione sancte marie.

Hodierna die fratres charissimi nota so (L.j.
lemnitas ad habēdum spē vite eterne: magnū cō
tulit gaudiū generi humano: quia xp̄s infans in
templo est presentatus. Exultent ergo virgines: v
go peperit xp̄m. Exultēt vidue: xp̄m vidua āna
cognouit. Exultēt cōiugate: nasciturum xp̄m he
lisabeth maritata prophetauit. Nullus gradus pretermissus est
de quo nō haberet testimoniū salus hominū. Nunquit enim so
le virgies ad regnū celorum puēiūt? Perueniūt et vidue. Tu autē

O Annā magni meriti fuit illa vidua sancta āna. A (L.ij.
vginitate eni sua septē ānis vixerat cū viro suo: et vsq ad se
nilē etatē puenerat senectute sancta. Expectabat infantiā salua
toris: vt paruū videret annosa: magnū agnosceret anniculosa: et
intrantē mūdum saluatorem videret itura. Et in masculino sexu
tria ipsa genera cōmēdata sunt. Ipse puer xp̄s natus ē. Exultēt
pueri cōtinentiam vonētes xp̄o puero. Ipse vero integritatis pu
eritiā cōsecrauit: qui sue matri fecūditatem attulit: virginitatem
nō abstulit. Symeon ille senex diu vixerat: cuius etas comparatur
anne: et audierat respōsum: qd nō esset visurus mortē: nisi videret
christum domini. Tu autem. Lectio. iij.

Intelligite fratres quātū desiderium habebant antiqui san
cti videndi xp̄m. Sciebāt eni illū esse vēturū: et omnes q pie
viuebant dicebāt. O si hic me inuēiet illa natiuitas. O si quod
credo in scripturis dei: videam oculis meis. Et vt noueritis quā
tum desideriū habebāt sancti: qui nouerant scripturas et crede
bāt virginem parituram: sicut modo audistis. Cū isayas prophe
ta legeret. Ecce virgo cōcipiet in vtero: et pariet filiū: et vocabi
tur nomē eius emanuel et emanuel qd sit: euāgeliū nobis apuit di
cēs. Qd ē iterpretatū nobiscū deus. Nō tibi ergo vile sit qcūq
ifidelis anima: non tibi videatur impossibile: vt virgo pareret
vgo pariēs permāeret. Intellige natū xp̄m: et non mireris vir
ginis partum. Ut ergo noueritis antiquos sanctos et iustos op
tasse videre quod cōcessum est huic seni symeoni: dn̄s noster iesus
xp̄s ad discipulos loquēs ait. Multi iusti et prophete voluerūt
videre que vos videtis: et nō viderūt: et audire que auditis: et nō
audierūt. Multū senex iste fuit serus ad audiēdum: maturus ad
vidēdum. Nō expectauit vt xp̄m audiret loqntem: quia vidit
infantem. Et hoc illi cōcessum ē iā decrepito: quasi desiderāti et iu

spirãti ꝛ dicẽti quotidie ĩ oratiõibꝰ suis. Quãdo veiet? Quãdo videbo? Quãdo nascet? Putas durabo? Putas hic me inueniet illa natiuitas? Putas isti oculi videbũt: ꝑ q̃ cordis oculi re habũt? Dicebat hoc ĩ orõibꝰ suis. Et ꝓ õsiderijs accepit respõsũ: q̃ nõ gustaret mortẽ nisi videret xp̃z dñi. Gestabat eũ mat̃ ĩfãtẽ: vidit illũ ꝛ agnouit. Ubi nouerat: q̃n agnouit? An intꝰ est reuelatꝰ: q̃ foris ẽ natꝰ. Uidit ꝛ agnouit symeõ ĩfantẽ tacẽtẽ: ꝛ occiderũt iudei iuuenem miracula facientẽ. Tu aũt. Lec. iiij.

Cum ergo cognouisset simeõ infantẽ: accepit eũ in vlnas suas: hoc est in brachia sua amplexatꝰ est eũ. Portabat a quo portabat. Ipse eñi xp̃s sapiẽtia dei: attingẽs a fine vsq; ad finẽ fortiter: suauiterq; disponẽs omnia. Quãtus vbiq; erat ꝛ quã magnus: quã paruꝰ factꝰ erat. Paruꝰ factꝰ paruos querebat: nõ superbos sed humiles colligebat. In p̃sepio dignatꝰ est poni: vt esset piorũ cibariũ iumẽtoꝝ. Accepit ergo eũ simeõ in brachia sua: et dixit. Nũc dimittis domine seruũ tuũ in pace: quia video pacẽ. Quare ergo dimittes in pace? Quia viderũt oculi mei salutare tuũ. Salutare dei dominꝰ iesus xp̃s est. Annũciate diem ex die: salutare eius. Habetis g̊ pueri puerũ iesum: et sancti senes senem simeonez. Tu autem. Lec. v.

Si autẽ queritis vt ex cõiugatis aliquis testimoniũ ꝑhibeat xp̃o: zachariã cõsiderate. Nemo ergo querat aliud fratres mei xp̃iani fideles: aut puer aut continẽs: aut vxoratꝰ. Si enĩ aliquid plꝰ esse quisque voluerit: nõ inueniet queãdmodũ ad xp̃m ꝑtineat. Non inuenimꝰ testimoniũ ꝑhibuisse xp̃o adulteros: fornicatores: ĩuidos. Ut a talibꝰ ei testimoniũ ꝑhiberet. Ipse p̃stitit: ipse donauit. Non enim q̃sq̃ũ sanctus viribꝰ suis. Tu aũt.

(Lec. vj.

Annũciate de die in diẽ: salutare eius. Uerã salutẽ accipiẽtes: gaudẽtes exultate: q̃ salutẽ quam propheta p̃dixerat quando ait. Salꝰ nostra cito veniet: ꝛ cõminuet iugũ captiuitatis nostre. Hanc salutẽ symeõ cõsiderans: in corde exultabat: ꝛ adiũxit dicẽs. Quod parasti: ante faciẽ omniũ populorũ. Salutẽ his q̃ prope: ꝛ salutẽ his q̃ longe. Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ: ꝛ gloriã plebis tue israel: omnes recte credẽtes in xp̃o nõ solũ semẽ iacob: sed q̃ dixit gloriã plebis israel: aperte intelligamꝰ: quod omnibꝰ ẽ gl̃ia agnoscẽtibus salutare dei. Preclarus dies festiuitatis hodierne o gloriosa genitrix et incorrupta mater ꝛ innupta virgo: q̃ tale decꝰ portasti in tẽpliũ: cui accẽsis ła

padibus omnes in obuiā cantabāt laudes. O genitrix benedi-
cta talē portās filiū: qui creauit omnia: veniens de sinu patris.
Horum spōsaliū gabriel archāgelus internūcius fuit. O glorio
sus īfans: q in carne nostra voluit se in tēplo presentari. Huc pro
phete p̄dixerūt esse cōditorē celi ac terre. Istū regē ioannes ex
vtero salutauit. Hunc simeō senex in vlnas accipiēs benedixit.
Hunc anna vidua virginis p̄mogenitū agnouit. O rex glorie ve
niēs in tēplū: omnia sanctificas. Te calcante rex glorie fluct⁹ ma
ris cedebāt: te iubēte vētus siluit. Te volēte multa corpora san-
ctorꝝ surrexere. te moriēte sol palluit. Te resurgēte terra tremuit
Te ascēdente celū patuit. O virtus admirāda. O pietas inenar-
rabilis. O laudanda misericordia. O ineffabilis clemētia: quan
do omniū dominus: ꝛ creator totius creature in vtero v̄ginis dei
tatem suam occultare voluit. Tu autem. Scd̄m Lucam.
IN illo tēpore: postquā ipleti sūt dies purgatiōis marie ꝯm
legē moysi: tulerūt iesū hī ierusalē: vt sisterēt eū dn̄o. Et reliq̄
¶ Omelia venerabilis bede presbyteri. Lec. vij.
DEcretū qdem legis erat: Paruulū post tricessimū tercium
circūcisionis diē ad templū domini deferri: dariqꝫ hostiam
pro eo. Primogenitū aūt sexus masculinum sanctum domino
fieri mystice sicut diximus insinuās: neminē nisi circūcisum vi-
cijs: dominicis signum esse cōspectib⁹. Neminē nisi mortalitati
bus absolutū: superne ciuitatis gaudia p̄fecte posse subire. Ve-
rū si legis ipsi⁹ verba diligentius inspexeris: p̄fecto reperies qꝛ
nō solū dominus incarnat⁹: quātum a peccati cōtagione: tamen
a cōditione legis fuerit liber qꝛ ob hoc mortē suscip̄e dignatus
est: vt eā sāctā ac iustā: ac bonā eē p̄baret: ꝛ nos ab ei⁹ s̄uitute
ac timore fidei gr̄a liberaret: sꝫ etiā ip̄a dei gēitrix sic ab īmixtio
ne virili: sic ꝛ legali fit iure īmunis. Dicit enī moyses. Mulier
si suscepto semine: pepererit masculū: īmūda erit septē diebus:
iuxta dies sep̄ationis mēstrui: ꝛ dic octaua circūcidet̄ puer. Ip-
sa vero trigīta tribus dieb⁹ manebit ī sanguine purificationis
sue. Nota ḡ ꝙ nō omnis mulier pariēs: sꝫ ea q̄ suscepto semīe pe
perit designat̄ īmūda a distīctiōe videlicet illi⁹ q̄ v̄go ꝯcepit: ꝛ
peperit filiū: ꝛ vocauit nomē ei⁹ hemanuel: qđ iterpretatur no-
NOn ergo fili⁹ q cū homine de (biscum deus. Lec. viij.
us est: non mat̄ que spiritu sancto operāte peperit: victimis
hostiarū qb⁹ purgaretur indigebat: sed vt nos a legis vinculo

solueremur sicut dominus xp̄s: ita et beata semꝑ virgo maria le
gi spōte subiecta est. Sicut scriptum est in lege dn̄i: q꞉ omne maſ
culinū adaperiēs vuluā: et hominis et peccatoris primogenitū
significat: quod vtiq꞉ sanctum dn̄o vocari: atq꞉ ideo sacerdotis
esse preceptū est. Ita dūtaxat: vt ꝑ hominis ꝑmogenito preciū
acciperet: ⁊ omne animal immūdū redemi faceret. Cuius inqt re
demptio erat post vnū mēsem: ciclis argenti quinq꞉. Ubi saluo
subtiliore tractatu breuiter intimādū: quod illa omnia primoge
nita vel figura fuerint eius q cū vnigenitꝰ esset dei filius: ꝑmo
genitꝰ dignatus est fieri creature. Et vere et singularit̄ sanctus
domino: quia peccatū nō fecit: nec inuētus est dolus in ore eius.
Uel certe nostre fuerit deuotionis indiciū: quia omnia bone acti
onis initia: q̄ quasi corde gignimꝰ dīne gratie ꝯputare: male aūt
gesta redimere debeamꝰ: dignos sui videlicet penitētie fructus
Per quos singl'os corporis vel anime sensus offerētes. L. ix.

Ita quod ait adaperiēs vuluā consuete natiuitatis in ore lo
quit̄. Non qđ dominus noster sacri vētris hospitiū qđ in
gressus sanctificauerat egressus deuirginare credendus sit iux
ta hereticos qui credūt beatā mariam virginez vsq꞉ ad partum
non virginem esse post partū. Sed iuxta fidē catholicam clauso
v̄ginis vtero: quasi spōsus ꝓcessit de thalamo suo. De quo pul
chre ait propheta. Et cōuerti me inquit ad viam porte sanctua
rij exterioris: que respiciebat ad orientē: ⁊ erat clausa. Et dixit
dominꝰ ad me. Porta hec clausa erit: et nō aperiet̄: et vir nō trāſ
siet per eam: eritq꞉ clausa: et principum ꝑnceps in ea sedebit: vt
comedat panē corā domino. Quamuis possit etiaz mystice desig
nari: nullū preter dominū ecclesie virginis vterū per aquam et
spiritū sanctū ad regenerandos dei filios posse reserare. Ideoq꞉
hic masculus incōparabili dignitate dn̄o sanctus vocabit̄. Et
vt daret hostiam domino: secundum quod dictum est in lege do
mini par turturum aut duos pullos columbaꝝ. Dictum est in le
ge vt pro infante si masculus sit vt predixi die. xl. si femina octo
gessimo die natiuitatis: agnꝰ annicul' immaculatꝰ i holocaustū
⁊ turt̄ siue pull' colūbinꝰ offeret̄ ꝓ peccato. Si aūt nō inuenerit
inqt manꝰ eiꝰ nec potuerit offerre agnū: sumet duos turtures vl'
duos pullos colūbe: vnū in holocaustū ⁊ alterū ꝓ peccato. Do
minꝰ ḡ ih̄s xp̄s cū diues: pauꝑ factꝰ ꝓ nobis: paupem ꝓ se hostiā
voluit dari: vt videlicet sua pauꝑtate: hic nos diuites in fide: et

illic faceret heredes regni q̄d repromisit de⁹ diligētib⁹ se. Ta. ē.

In natale sc̄ti blasij episco. et mar.

Exitur cū romani iperij dioclecian⁹ gu- Lec. j.
bernaret habenas: tā imanissima ɔtra xp̄ianos exorta est p̄secutio: vt infra vni⁹ mēsis spaciuȝ decē ⁊ septē xp̄ianoꝝ milia p̄ xp̄iana religiōe gladio necarent᷑. Hec itaqȝ p̄secutio decima describit᷑ a nerone. Qua p̄mū p̄nceps apl'oꝝ petr⁹ cruce: paul⁹ gladio perēpti sunt. Secundo aūt hui⁹ decime scilicet p̄secutionis āno dioclecian⁹ nicomedie; maximian⁹ aūt mediolani purpurā deposuerūt. Itaqȝ ob domādā dominice fidei potentiā: dioclecian⁹ in oriēte: maximian⁹ in occidente xp̄icolas varijs ⁊ inauditis machinis vexare ceperūt. Qui missis exhortatorijs ad cūctā regni sui ditionē apicib⁹ ac munerib⁹ multis: q̄ ten⁹ nephādoꝝ idoloꝝ culturam in augmētū: magis magisqȝ āpliare studētes. Quoscūqȝ xp̄ianorū inuenire potuissent: post varioꝝ genera tormētoꝝ eos morti tradētes: sic inhumata eoꝝ corpora bestijs auibusqȝ deijcerēt: et ne vllus adesset q̄ hac religione euidēti⁹ vteret᷑: q̄ nō ɔfesti funerea tāgeret᷑ sentēcia. Tu aūt.

His itaqȝ talit᷑ fientib⁹: ne ista rabidissimis suffi (Lec. ij.
cerent canib⁹: direxerūt duos archiuoꝝ p̄uincie cōsortes: lisiam ⁊ agricolaū multa peritia p̄ditos: quaten⁹ tā armenie quaȝ capadotie p̄esidētes: clementia ⁊ lenitate gubernareut eos: qui imperialib⁹ paruissent statutis: omneqȝ xp̄ianoꝝ genus fundit⁹ interimerēt. Lisias igit᷑ ⁊ agricola⁹ assumptis ex imperio munerib⁹: simul p̄ficiscētes armeniā adierūt. Quoꝝ vnus videlicet lisias nicopoli: agricolaus; vero sebastie p̄sedit. Qui cū p̄fanandas idolatrias cepissēt p̄scis excolere cōsuetudinib⁹. Plurimi pro domini nr̄i iesu xp̄i religiositate suū sanguinē fundētes: celorum regnū mercari quātoci⁹ studuerūt. Ex q̄bus robustissimus athleta xp̄i beat⁹ eustochi⁹: post varios tormētoꝝ conatus a ducelisia crudelit᷑ illatos: sic qȝ demū agricolao p̄sidi direct⁹: a quo carcere trudi iussus est. Namqȝ ea potestate gloriosus martyr ⁊ pōtifex beatissim⁹ blasi⁹ erat latibulo delitescēs sebastie: ob validissimā q̄ ɔtra xp̄ianos exagitabat᷑ examinationē. Hinc nanqȝ. vt fert᷑ beatissim⁹ p̄sul ad p̄fatū gl'iosum martyrē eustochium: clāculo suis cū clericis abijt: ⁊ eū quo detinebat᷑ carcere in xp̄o

corroborans visitauit. Cui etiā alia die ꝓ dn̄o morituro: eucari-
stiā ɔtulit. Qui cū sacri corporis ⁊ sāguinis ꝑticipiū ꝑcepisset:
thomū ab eo postulauit: quo delato: substātie sue delegationē fe
cit. In q̄ vero delegatione: se sāctus blasi⁹ suis cū clericis subno
tauit. Qui ꝑ totā noctē ibidē ꝑuocātes matutina luce valefaci-
entes: ⁊ dātes sibi pacis oscula: secū delegatiōe adhibita: ad ꝓ-
pria latibula remearūt. Porro alteri⁹ diei hora tertia: sctūs eu
(stochi⁹ migrauit ad dn̄m. Tu aūt. ℞. iij.

His igiť talit̄ decursis beatissim⁹ blasi⁹ penales expauescēs influct⁹: ɔfi-
dēs dominice sētēcie q̄ dicit̄: si vos ꝑsecuti fuerīt ī vna ciuitate
fugite ī aliā: ad mōtē gargeus vocitať aufugiēs ī quodā se occul
tauit antro: vbi fuit diu demorās: fidei sue sagacissimus hospes.
Ad qđ itaqȝ specu ꝓmiscui ac diuersi generis bestie aduētātes:
ferino quodāmodo more: benedictionē a beatissimo blasio expe
tebāt: īpudenť ibi ꝑseuerātes: nullaten⁹ abscedebāt. Alimoniā
q̄ppe illi diuio nutu: sic̄ olī ꝓphete helie corui deferebāt assidue
Erat eni vir iste meritoꝝ efficacia īsignis: forma p̄stātior: aīo sta-
bilis: ꝓdigioꝝ v̇tute p̄clar⁹: dīuis meditatiōib⁹ irretit⁹. Qui cū
adhuc ī puerili versareť etate: architectalē didicit artē: vt etati
humane nō īpediret īfirmitas. Porro sic ī terreno mūitabat pa
lacio: vt celestē semꝑ exquireret patriā. Sic maluit actiuā eligere
vitā: vt theoricā nullaten⁹ desereret. De eo q̄dē lōge lateqȝ tāt⁹
īnoleuerat rumor: vt nō solū nicopoli q̄ haud ꝓcul habebať a se
bastia: sȝ lōge circūquaqȝ positis vrbib⁹ ac municipijs: ꝑ omnia
sanct⁹ nūcupabať exími⁹. Propterea nūc q̄liter hic sāctus pro
dn̄o iesu xp̄o pugnauerit: q̄liter dimicās plurimis inuitatis cele
stē laureā arripuerit: quātū is auxiliať: cui⁹ potētia omnis crea-
tura subsistit: solerti ingenio enucleare curem⁹. Tu aūt. ℞. iiij.

Igitur cū p̄ses agricola⁹ metropoli sebastie p̄sedisset: contra
xp̄ianos diabolico instigat⁹ instictu igēti ī eos exardescēs sol
licitudine: plurimos supernā trāsmisit ad edē. Quadā itaqȝ die
accidit: vt ip̄e p̄ses agricola⁹ quosdā milites venatū dirigeret.
Quib⁹ eūtib⁹ quo tuta esset venatio: nullā feraꝝ capere vigue-
rūt. cūqȝ ꝑ siluestria ac difficilia loca: seu ꝑ valliū ac mōtiū crepi
dines fessi ꝑagrarēt: simili mō nil venatiōis attigere valuerunt.
Venatiōe vero frustrata his reuertētib⁹: vētū fuit vt āte antruȝ
quo sctīssim⁹ blasi⁹ latitabat: iscij ꝑtrāsirēt. Deniqȝ multitudo
aproꝝ ac ceruoꝝ capraꝝ videlicet ⁊ vrsoꝝ diuersarūqȝ aliaꝝ be-

stiarʒ cursꝰ subsistebat ãte ipiꝰ spelũce latibulũ: ac si oues ipellẽ
re pastore, ꝓpo arcerẽt ouili. Mox vẽatores circũspiciẽtes sub
stiterũt qd nã id eẽt attoniti cogitabãt. His aũt huiuscemodi ꝑ
tractãtibꝰ: ex ipo ꝓciẽs latibulo sãctꝰ sciscitatꝰ ẽ eos. Unde vẽi
tis ait: vl' quo vos tẽditis it'? Qui respõdẽtes: ecce inqũt ꝓ qbꝰ
eũtes tot labores ⁊ ꝑicl'a tolerauimꝰ i medio circũpositis astãs
eoꝵ. Quibꝰ scũs. Dñi ditiõe aliq̃ capit' creatura: eiusq; nutu libe
rat'. Nã quã deꝰ euadere iussit õnipotẽs: hũna capere nõ viget
potẽtia. Unde sciatis qꝛ hac ꝑfecto vice imunes iretis. Tũc illi
eũ valefaciẽtes correpto itiere ad vrbẽ sebastiã reuersi sũt: ⁊ oĩa
gesta vl' acta agricolao p̃sidi nũciare celeriꝰ studuerũt. Cui ⁊ dixe
rũt. Cũ vẽatũ issemꝰ: xp̃icolã i argei mõtis quodã hoieꝫ iueni
mꝰ ãtro: ad cuiꝰ latibulũ m̃ltitudo nr̃e vẽatiõis feraꝵ ꝯfugit ipl
us antri plustrans latibulũ. Nobis vero ꝓpterea obnixe foris q
dã ex ipo specu ꝑdijt ꝺicola q nos alloq̃ns vt reuerteremur idixit
scilicet icassũ eẽ capturã. Mox p̃ses hoc audito igẽti repletus
gaudio illico p̃cepit eis vt celeri eũtes cursu: ipꝫ e latibulo trahe
rẽt: ⁊ sic ad eũ victũ ꝺferrẽt. In ipo itaq; noctis tẽpore videlicet
ãteq̃ mĩstri ad eũdẽ irẽt ducẽdũ appuit ei ꝑ sõnũ ter dñs dicẽs
surge beate pat': missarũ ꝑfice morẽ. Et calicẽ gustato meũ corpꝰ
qs fidele. Ipm tu calicẽ plenũ bibe sãguie claro. Cũq; sãctꝰ eui
gilasset: itellexit qd eũ dñs ad calicẽ: hoc ẽ ad passionẽ martyriũ
q; p̃cipiendo vocaret. Alacri effectꝰ spũ surrexit: ⁊ sctĩmoniam
solẽni honore celebrauit. Quo facto: mĩstri p̃sidis applicuerũt:
q ante ipiꝰ spelũce adstãtes latibulũ: dixerũt. Hõ dei egredere: p̃
ses agricolaꝰ nos trãsmissit: vt te ad eũ ꝺferamꝰ. Currit iterea
fama hec passi ꝑ ꝑplos q̃ p̃ses agricolaꝰ ad sctũ deducẽdũ trãs
mitteret blasiũ. Ceperũt eos q aliq̃ lãgoris molestia detinebãt:
obuios ipo i itiere põere. Tũc sãctꝰ blasiꝰ cũ mĩstris ãbulãs i noĩe
dñi ihu xp̃i aq̃cũq; ꝺtinebãt' infirmitate: curabat lãguentes. Tu.

Ingrediẽte igit' beatissimo blasio i metropoli sebastie (T. v
m̃ltitudo xp̃icolaꝵ q̃ clãculo i ea ꝺgebat afflicta: palã egredi
ẽs: xp̃ꝫ dei filiũ clara voce sonabat. Itaq; scũs cũ p̃sidi agrico
lao p̃ntatꝰ fuisset: ñ iterrogatũ: iussit eũ artissima mãcipari custo
dia: dicẽs. Crastia die ꝯgrua sciscitatio erit. Recluso itaq; btissi
mo blasio i custodia: plĩmi ad eũ vẽiẽtes xp̃ianoꝵ: bñ onẽꝛ robur
fidei recipiebãt. Interea accidit ut q̃dã m̃lier vnicũ hẽret filiũ: q
cũ ad mẽsã cũ ꝑpriis ꝯsidẽs appõito pisce ex eo cõedẽt ꝯtigit ut

eius spina suo gutturi defigeretur. Cui cū nullꝰ quisquam valuisset pbere solamē: mox mater eius ad beatissimū blasiū seminecem deferēs puerū: a foris carceris cuȝ luctuosa voce deposcit. Confestim sanctꝰ blasius cōpatiens dolori eiꝰ: hāc orationis pcē ꝑ ipso puero fudit ad dominū: dicēs. Domine iesu xp̄e fili dei eterni: qui pro salute humani generis in hūc mūdū ꝑ virginaleȝ adueniēs vterū: formā nostre mortalitatis assumpsisti: vt nos a morte liberās: immortali indumēto indutos: in illā incorruptibilē patriā feliciť inferres: vnicāqȝ vidue sobolē q̄ ad sepulchrū exanimis vehebať incolumē reddidisti: suplex tuā gratiā ꝺposco: vt puer iste saluus sue genitrici reddať. ⁊ agnoscat quoniam tu es deꝰ solus in celo ⁊ in terra: faciens ꝓdigia. Expleta vero oratiōe: viuifice crucis ꝑ os fecit vexillū: statimqȝ spineum euomēs obstaculū: sospes atqȝ cōgaudēs ad ꝓpria repedās tam affinibꝰ quā longinquis: regis eterni magnalia mirabili enucleauit affectu. In crastinū vero iudicij soliū pparatū est: i quo p̄ses considēs agricolaus: iussit beatū p̄sulē: suis assisti cōspectibꝰ. Quē ita aggressus est affatibus. Gaude dignus amicꝰ meus: ⁊ dignꝰ amicꝰ deoꝝ. Cui sanctus. Omnipotēs dn̄s quo cōstat machina mūdi: ip̄e tibi eterne cōcedat gaudia vite. Cui p̄ses. Qua vteris religione: qua vł patria ortus diceris hospes? Et sanctus. Religione inquit xp̄icolaꝝ: patria vero hac quā possides vrbē sebastianēsis videlicet ciuis. Cōtra quē preses. Si deoꝝ nostrorū velis nūcupari amicus: xp̄s iste quē asseris: nullo modo tuo ore soneť. Beatissimꝰ aūt vir respōdens ait. Si meo inquit xp̄s nō venerať ac ꝑsonať ore: cuiꝰ ergo ꝑsonari debeat innotesce. At preses dixit admiror obnixe tuā vecordiā: nō intelligis deū deorum esse iouē omnipotētem: quē diu nostri imperatores ⁊ vniuersus colit orbis? Sāctus vero blasiꝰ dixit. Dic oro preses cōcede fateri deum qui creator est an potiꝰ qui creatus est? Et iudex. Ille vtiqȝ adorari debet deꝰ: qui celū terramqȝ creauit: ⁊ quo cōstat cūcta creatura. Hoc est iupiť: omnium creator ⁊ dominator elemētorū. Cui sanctus. Erras o inuictissime iudex: nam quē tu deū asseris: nō solū ego: sed et littere vr̄e dum in hoc seculo vt corruptibilis ⁊ mortalis homo ābularet: oē scelus eū ꝑegisse: omnēqȝ sordē exercuisse ꝑspicue demōstrāt. Cū aūt prout omnibꝰ cōditio venit hūana: ip̄e vt nepharíꝰ homo nece corruptꝰ amara: a teterrimis spiritibꝰ stigialē ē vectꝰ ad ignē: vbi teterrimis flāmis

tartareisq; vermibus cruciatur in euū: hunc tu deū dicis. Por
ro si iste dicit deꝰ similes illi fiāt q venerant̄ ꝛ q colluñt eū. Mox
agricolaus his auditis: seuus ꝛ indignans: pcepit eū fustibus ce
di: dicens. Iouē omnipotētem blasphemare nolite. Qui cū diu
cederetur: alacri vultu dicebat. Gloria sit tibi xp̄e deus per se
cula semper. Qui me conseruans: permittis vincere pugnā An
tiqui hostis: illatam fraude maligna. Te idcirco laudans: bene
dico corpore ꝛ corde. Quo dicto cernens in eo iudex tantā cōstan
tiam: iussit eum denuo carcere trudi Tu autē. Lectio. vj.

lo vulnerare: ⁊ q per passiones nimias venisti ad palmā: coronā p
dere a dn̄o preparatā tibi. Atq; martyriū cōsumauit: idem vrsici
nus: statim beatus vitalis corpus eius rapiēs: intra rauēnam vr
bē: sepeliuit. Ad iudicem ip̄e venire cōtemnens: tentus est a pauli
no cōsulari. Ob hoc maxime quod prefatum vrsicinū in passio-
nis agone positum: suis exhortationib⁹ roborasset. Tu. Lec. ij.

POst eculei vero tormenta iussus est produci ad palmam. Lo
cus aūt vbi decollabantur xp̄iani hoc habebat vocabulum
eo quod arbores āntique palme illic essēt. Et facta fouea quousq;
inueniretur aq̄: ibi resupinus posit⁹: t̄rra ac lapidibus est opp̄ssus.
Coniunx quoq; valeria cū reuerteretur ad vrbem mediolanē
sium siluanū sacrificantem incurrit. Cumq; eam deponētes sau-
nario hortarētur de idolatitis mādu care: nec sibi omnino licitū
esse testaretur: quia eēt xp̄iana: nimia ab eis cede mactata est. Et
vix semiuiuam eam sui homines ad mediolanensium vrbem p̄du
xerunt: que infra biduum migrauit ad dn̄m. Tu. Lec. iij.

ITem alexandrie sancte theodore virginis: que sacrificare cō
temnens in lupanar tradita est: ac miro dei fauore erepta est:
astante quippe iam ad ostium celle multitudine iuuenum impu-
dicoꝝ: repēte quidam ex fratribus didimus nomine plenus fide
diuinitus inspiratus sumpto militari habitu: primus in lupanar
irruit: ⁊ sācte virgini cur venisset exponens: illi militares exponit
exuuias: ip̄e virginali veste īduitur. Sic virgo egressa ⁊ a nullo ag
nita ac in ciuitatem fugiens euasit. Didimus presidi exhibitus ⁊
omne factū constanter exponens: se esse xp̄ianū cōfessus absciso
capite morti tradit⁹ ē. Beata quoq; theodora que pro tuenda in-
tegritate ex lupanari fugerat: amore corone cōtinuo ad studiū re-
gressa: simul cū didimo percussa: ⁊ similiter est coronata. Eodem
die affrodisij. carsilipi. agrapij. ⁊ eusebij martyrū. Item pānonie:
(sancti pollicionis martyris. Tu autē.

In natale scōꝝ philppi ⁊ iacobi apostolorum.

Secundū ioannem.

IN illo tempore: dixit dn̄s iesus discipulis suis.
Non turbetur cor vestrum: neq; formidet. Cre-

ditis in deū: et in me credite. In domo pr̄is mei mā[s]iões multe sūt.

¶ Ex dictis sancti augustini. Lectio .i.

Erigenda nobis est fratres charissimi ad deū maior intentio: vt verba sancti euangelij que modo in nostris auribus sonuerunt: etiam mēte capere vtcunq3 possimus. Ait enim dñs iesus xp̄s. Non turbetur cor vestrum: creditis in deū: et in me credite. Ne mortē tanquam homines timerent: et ideo turbarentur consolatur eos etiam deū se esse contestans. Consequens est enim vt si in deum creditis: et in me credere debeatis. Quod non esset consequens si xp̄s non esset de⁹. Sed quid est quod sequitur: in domo patris mei multe mansiones sunt quia et ibi metuebant vnde audire debuerunt non turbetur cor vestrum. Quis enim eorum non metueret: cum petro dictum esset fidētiori atq3 promptiori: nō cantabit gallus donec ter me neges. Tu autem. Lec. ij.

Tanquam ergo essent ab illo pertituri merito turbabantur: s3 cum audiunt in domo patris mei mansiones multe sunt: si quo minus dixissem vobis: q2 vado parare vobis locū: a pertur batione recreantur: certi ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud deū cum xp̄o eē mansuros. Quia et si ali⁹ est alio fortior: alius alio sapiētior: alius alio iustior: in domo patris mei multe mansiones sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo: vbi mansionem pro suo quisq3 accepturus est merito: vt quoniam deus charitas est per charitatem fiat: vt quod habent singuli: commune sit omnibus. Sic quisq3 enim etiam ipse habet: cū amat in altero: quod non ipse habebat. Nō erit itaq3 aliqua inuidia iparis charitatis. Et si abiero inquit et preparauero vobis locum: iterum venio et accipiam vos ad me ipsum: vt vbi ego sum: et vos sitis: et quo ego vado scitis: et viam scitis. Tu autem. Le. iij.

Quomodo vadit et parat locū: si iā multe mansiones sunt? Si quo min⁹ dixisset vado parare: aut si adhuc parandū ē cui nō merito dixisset vado pare. An iste mā[s]iões sūt pande sūt. Si quo minus essent dixisset vado parare. Et tamen quia ita sunt: vt parande sint. Sed si abierit: et parauerit sicut future sunt: iterum veniens accipiet eos ad se ipsum: vt vbi est et ipsi: sint ipsi i domo patris. Quomō ergo mansiones in domo patris mei? Non alie sed ipse. Et si nec dum iam sunt sicut parande sunt. Quomodo putamus: nisi quomodo etiam propheta predicat dominum: qui facit

que factura sunt. Ergo et facit ea: et facturus est ea. Nam neque facta sunt si ipse non fecerit. Fecit ergo ea predestinando: facturus est operando. Sicut discipulos quando elegit satis indicat euangelium. Tunc utique quando eos vocauit: et tamen ait apostolus. Elegit nos ante mundi constitutionem. Predestinando utique non vocando. Quos autem predestinauit: illos et vocauit. Elegit predestinando ante mundi constitutionem elegit vocando ante mundi consumationem. Sic et mansiones quas preparauit has preparat nec alias sed quas preparauit has preparat qui fecit que factura sunt quas preparauit predestinando: preparat operando. Tu autem.

¶ In festo sancti Athanasij episcopi. Lectio. i.

Natale sancti patris nostri Athanasij alexandrie urbis episcopi et confessoris: qui multas Arrianorum perpessus insidias: quadragesimo et sexto anno sacerdotij sui post multos agones: multasque patientie coronas: quieuit in pace. Is sacris in ieiunijs et ecclesiasticis negocijs: apprime vigilans fuit. Huius ergo et a puero institutio: tali modo narratur. Tempore quo apud alexandriam petrus martyr et episcopus alexandriam regebat cum post expleta solemnia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari vicino: videt eminus turbam puerorum super ora maris ludum immitantium: quod fieri solet per episcopum: atque ea que in ecclesijs geri mos est. Sed cum intentus diutius pueros inspectaret: videt ab his geri quedam etiam secretiora et mixta. Tu autem. Lectio. ij.

Perturbatus illico vocari ad se clericos iubet: atque eis quid eminus ipse viderat ostendit. Tunc abire eos et comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumque adessent. Quis eis ludus et quid egissent vel quomodo percuntantur. Illi ut talis habet etas pauidi: negauerunt primo. Deinde rem gestam per ordinem pandunt: et baptizatos esse quosdam: cathecuminos quosdam confitentur per athanasium: cuius ludi illius puerilis episcopus fuerat simulatus. Tunc ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur: quid interrogati fuerant: quidue respondérint simul et ab eo qui interrogauerat: ubi videt secundum religionis nostre ritum cuncta constare: collocutus cum con

cilio clericorum: statuisse traditur: illis quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa: iterari baptismum non debere: sed adimpleri ea que a sacerdotibus mos est. Tu autem domine. Lectio. iij.

Athanasium vero atque eos quos ludo illi visus fuerat presbyteris vel ministris: conuocatis parentib⁹ sub dei obtestatione dedit ecclesie nutriendos. Paruo autem tempore exacto: cum a notario integre: & a grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus: continuo tamquam fidele a domino cõmendatum a parentibus restituitur sacerdoti: ac veluti Samuel quidem in tẽplo domini nutritus: & ab eo pergente ad patres in senectute bona: & ad ephot sacerdotale dirigitur. Huius in ecclesia pro fidei integritate agones fuerant: vt etiam de hoc videatur dictum esse illud quod scriptum est. Ego enim illi ostendam: quanta oporteat eũ pati pro nomine meo. In hui⁹ etenim persecutione vniuersus coniurauit orbis: & commoti sunt principes terre: gentes & regna: exercitusque ierunt aduersus eum. Multasque arrianorum perpessus insidias: toto orbe profugus agitur. Null⁹ tutus ad latendũ supererat locus. Tribuni: prepositi: comites: exercitus quoque ad instigandum eum mouentur. Edictis imperialibus premia delatoribus proponuntur: si quis viuum maxime sin minus certe caput Athanasij detulisset. Ita totis regnum viribus frustra aduersum eum cui deus aderat: certabat. Tu autem.

Inuẽtio sancte crucis.

Secundum. Joannem.

In illo tempore: dixit dominus iesus discipulis suis: & turbis iudeorum. Ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me ipsum. Et reliqua.

Omelia beati Hieronymi.

Dominus noster iesus christ⁹ fratres charissimi in verbis lectionis hui⁹ ministros suos vt se ipsum sequantur hortatus est cum ita predixisset passionem suam quod nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructũ affert. Ibi denique excitauit eos: qui eum ad regna celorum sequi vellent: vt animam suam odissent in hoc mundo: si eam in vitam eternam custodire Lectio. i.

cogitarent. Ad nostram rursus ifirmitatem post cetera: cõuersus
ait. Nam princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego si exaltat⁹
fuero a terra: omnia traham ad me ipsum. Tu autem. Lectio. ij.

Que omnia nisi ex qbus diabolus eijcietur foras? Non autẽ
dixit omnes sed omnia: non enim omniũ est fides. Nõ itaq;
hoc ad vniuersitatẽ hominũ retulit: sed ad creature integritatem
idest spm̃ ⁊ animã ⁊ corpus. Et illud quo intelligimus ⁊ illud quo
viuim⁹ visibiles ⁊ cõtractabiles sumus. Qui preibit: oĩa trahit
post se si omnia ipsi homines sunt intelligendi: omnia enĩ predesti
nata ad salutẽ possumus dicere. Ex qbus omnibus ait: nihil esse
periturum: cũ supra de suis oĩbus loqueretur. Aut certe omnia
hominũ genera: siue in linguis omnib⁹ siue in etatib⁹ omnib⁹: siue
in gradibus honorũ: siue in diuersitatibus ingeniorum oĩbus: si
ue in artiũ licitarũ ⁊ vtiliũ ꝓfessionibus omnibus. Et quicquid
aliud dici potest secundum inumerabiles differẽtias: qbus inter
se preter sola peccata homines distant ab excellẽtissimis vsq; ad
humilimos: a rege vsq; ad mendicũ: omnia traham post me. Sed
si exaltatus fuero a terra hoc ẽ cũ exaltatus fuero in cruce. Nõ
enim dubitat futurum esse quod venit implere. Tu. Lec. iij.

Nam exaltationẽ suam qd aliud dixit: quã in cruce passionẽ?
Subiungit eni euangelista: ⁊ ait. Hoc aũt dicebat: significãs
qua morte esset moritur⁹. Respondit ei turba. Nos audiuim⁹ ex
lege: qr xp̃s manet in eternũ. Et quomodo tu dicis: oportet exal-
tari filiũ hominis? Memoriter tenuerũt: qd dñs dicebat assidue
filium se esse hominis. Nam hoc in loco nõ ait si exaltatus fuerit
a terra filius hominis: sed superius dixerat: qd lectũ atq; tracta-
tum est: quãdo nũciati sunt gentiles illi: q eum videre cupiebant
Venit iquit hora: vt clarificetur filius hominis: hoc itaq; isti ani
mo retinentes: ⁊ quod nunc ait: cum exaltatus fuero a terra: mor
tem crucis intelligẽtes quesierũt ab illo: ⁊ dixerunt: nos audiuim⁹
ex lege: quia xp̃s manet in eternũ. Et quomodo tu dicis: opportet
exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Si enim
xp̃s est inqunt: manet in eternũ. Si manet i eternũ: quomodo exal-
tabitur a terra. Idest quomodo crucis passione morietur? Hoc
ei dixisse cũ itelligebãt qd facere cogitabãt. Nõ ergo ꝯ hoꝝ isto
rũ obscuritatẽ aperuit in[f]usa sententia: sed stimulata consciẽtia

Proprietas festi.

HJerosolymis inuentio sancte crucis ab helena regina: sub cõstantino imperatore cuius et ipa extitit mater. Jnuentiõis aūt preciosi ligni historia cognitu digna: ita se habet. Adrianus qui vndecim⁹ cesar ꝛ iperator rome erat: existimãs se fidem xp̄ianam loci iniuria peremptur ū: in loco passionis simulacrū iouis consecrauit. Et bethleem adon id ē fano ꝓphanatus est: et quasi radix a fundamēto ecclesie tolleret si in his locis idola colerētur: ingbus xp̄s natus est vt pateretur. Passus est vt regnaret: iudex vł rex iudicaret. Jn bethleem quoqꝫ vbi agnouit bos possessorem suū: et asinus presepe domini sui: ibi pꝛiceps hominū inficiari saluatorem deū: infames hominū amores moresqꝫ coluerūt. Prodito nouo sydere regis eterni: vbi cunabula supplices cū suis operibus adorauerāt caldei: ibi barbaris libidines sacrauerunt romani. Ubi natum saluatorē agminib⁹ angelorum concinnentibus celesti gaudio salutauerant illustrata nocte pastores: ibi veneris amasiū mixte cū viris plāxere meretrices. Prochdolor. Que pietas hominū hanc ipietatē ꝯpēsare poterit? Ubi sacra nati saluatoris infantia vagierat: illic veneris lamenta figētiū lasciuis luctibus infamis ritus vlulabat. Et vbi virgo pepererat adulteri colebantur. Tu autem.

Jn natale sanctorum alexandri euentij et theodoli.

Lectio. j.

Rome via numētana miliario septimo: natale sancti alexandri pape. Hic constituit aquā aspersionis cum sale benedici in habitaculis hominum: et passionem domini miscuit in predicatiõe sacerdotum: quando misse celebrātur. Qui romane ecclesie episcopatum septim⁹ post petrū tenuit: ānis decem: mēses duos: dies decē: sanctitate incõparabilis: fide clarissim⁹: maximā senatorū partē vrbis conuertit ad dominū. Qui postmodū iubente traiano principe: siue sub aureliāo comite vtriusqꝫ militie: cū euētio et theodolo presbyteris carceri mācipatur. Post stupēda et diuina miracula ibi facta per puerum qui faculā ferebat ardētē. Et carcere nocturno silētio ꝑ fenestrā eductus ad domū qrini tribūi vbi beat⁹ hermes ꝑfect⁹ sub custodia tenebat: ꝑducit. Postquā sanata ē filia ipi⁹ qrini balbina nomīe: et ipe qrin⁹ ꝯuersus baptismi grāꝫ ꝯsecut⁹ ē: ꝛ post liberatiõeꝫ et ba

ptizationem eorum omnes vinculis artati sunt in carcere cum eis quos quirinus ipse tenuerat. Inter quos duos quoq; sanctissimos presbyteros constrinxerant euentium et theodolum: qui de oriente venerant. Post hec omnia et sic alia venerabiliter ab eo gesta: aureliano comiti iterum principe adhuc traiano: siquidem adrianus non dum imperabat exhibitus est simul cũ ipsis beatis duobus presbyteris: primoq; in eculeum leuatus et tortus vngulis atq; lampadibus attractus est grauissime. Cumq; nullas daret voces: dixit ei aurelianus. Quare taces? Sanctus alexãder respondit: quia tempore orationis xp̃ianus homo cũ deo loqtur.

In natale sanctorũ gordiani et epimachi martyrum. Lectio. j.

Rome via latina in cimiterio eiusdem natalis sanctorum gordiani et epimachi. Julianus vero imperator apostata inter multos xp̃ianos quos publicis custodijs mancipauit: beatum ianuarium senem paternum comprehensum cuidam vicario gordiano ad audiendum tradidit. Qui beatũ ianuarium patienter audiens: spiritu dei illuminatus: credere cepit. Quem protinus beatus presbyter cum vxore marina et familia promiscui sexus numero quinquaginta trib⁹ et eo amplius baptizauit. Quod factum audiens iulian⁹ plenus ira: dãnauit p̃scriptione sanctum presbyterum ianuarium. Lu. Lec. ij.

Sanctum vero gordianum similiter damnatum in custodia publica posuit: atq; cuidam clementiano: quem vicarium eius loco dederat: tradidit eius vxorẽ. Porro eam ad aquas salinas manere precepit in seruicio rusticorum. Clementianus autem pro tribunali residens. Beatum gordianum vinctum catenis sibi p̃sentari fecit: ille in confessione christi fixus: diu plumbatis cedit̃ vltimo capite truncatur. Cuius corpus iussit iniquus iudex ante templũ apollinis i tellure iactare: vt a canib⁹ roderet̃. Dõnectur noctepore rapie tes xp̃iani: miliario vno ab vrbe roma posuerũt in cripta vbi iã p̃ridẽ corp⁹ beati martyris epimachi sepultũ fuerat.

Item rome: natal. calepodij senis p̃sbyteri: sub alexã- (Le. iij. dro iperatore: q eum fecit occidi a laodicione: et corpus trahi per ciuitatem: atq; in tiberim iactari die kalendarum mayarum. Quod inuentum pisc.tores leuauerunt: et narrauerunt calixto

episcopo. Qui acceptum: condiuit in cimiterio eiusdem: miliario ab vrbe tertio in cripta: sexto iduum mayarū. Tunc decollat⁹ est ab alexandro palmachius consul: cum vxore et filijs et alijs promiscui sexus sexaginta octo: et felix similiter cum vxore sua blanda. Qui per doctrinam calixti pape et calepodij presbyteri nuper fuerant baptizati Tu autem.

In natale sanctorum nerei ꝛ archileiatq; pancracij. martyrum.

Lec. j.

Rome in cimiterio pretaxato: natalis sanctorum martyrū Nerei et archilei fratrum: qui fuerunt eunuchi beate flauie: qui cum ea apud insulā pontianam: longum pro xp̄o duxerunt exilium. Post modum vero ab aureliano sponso domicille quē ipsa ob amorem xp̄i spreuerat: primo verberibus grauissime artati: deinde nonio ruffo cōsulari sunt traditi. A quo cum eculeo et flammis compellerentur ad immolandum: ꝛ dicerent se a beato apostolo petro baptizatos: nulla ratiōe posse idolis immolare capite cesi sunt. Tu autem.

Lectio. ij.

Quorum corpora rapuit auspicius discipulus eorum: nutritor sancte virginis domicille. Que etiam nauicule imposita adduxit: et in predio domicille i cripta arenaria sepeliuit: via ardeatina a muro vrbis miliario et semis. Item via aurelia miliario secundo: natalis sancti pancratij martyris. Qui cum esset annorum q̄ttuordeci sub diocletiano martyriū capitis detruncatiōe cōpleuit. Cuius reuerendum corpus otonilla femina illustris occulte noctu sublatū: aromatib⁹ cōditū sepeliuit q̄rto idus maij. L. iij.

Eodē die beati dionysij patrui eiusdē pancracij. Cuius studio idē pācrati⁹ baptizat⁹: et in timore dei confortatus: ad martyriū est animatus. Ipse cum premijs celestibus char⁹ deo et dign⁹ in pace clausit diem vite huius. Sed et tunc temporis passa ē virgo sacratissima nomine soteris: genere nobilis: sub diocleciano augusto. Eodē die apd cypru sci patris nri epiphanij salamini epi.

In natale scōrum victoris ꝛ corōe.

L. j.

In dieb⁹ ātōini īpatoris: facta ē psecutio sub sebastiāo cōite egypti ꝛ alexādrie. Erat qdā miles noie victor a cilicia xp̄ianus et timēs deū. Cui seba

stianus dixit. Littere ad me venerũt a domino meo imperatore: iu bentes vt sacrificent xp̃iani. Ergo victor sacrifica vt non periclitetur anima tua. Victor respondit. Ego miles sum regis iesu xp̃i imortalis dei: propter hoc non obedio regi mortali: quoniam regnum eius stabile nõ est. Sebastianus dixit. Mori vis an viuere: Victor dixit. Nõ est mors sed vita sempiterna: si perseuero in tormẽtis. Tunc comes iussit cõfringi digitos eius et plicatos cõtorqri articulos: quousqꝫ exirẽt de pelle illius. Victor dixit. Gratias ago deo meo: qm̃ appropinquauit gr̃a ei⁹ in me. Lec. ij.

Sebastianus dixit. Quare annonã tuã nõ accepisti? Victor dixit. Quoniam per vim et iniuste exigitur: nec accipere nec mãducare eã volo: quoniã habeo cibum meũ spiritualem et non esurio in sempiternũ. Tunc comes iussit eum mitti in caminum ardẽtem. Postriduũ aũt viuus inuentus est. Tunc comes iussit dari illi venenum a malefico vt manducaret in cibũ. Victor dixit Nõ habebam quidem manducare: sed vt ostendaꝫ tibi quoniam possum omnia maleficia tua dissoluere: accipio et manduco. Et accipiens fecit orationem: et mãducauit nihil mali sentiẽs. L. iij.

Tunc maleficus alia venena peiora obtulit ei: dicens. Modo accipe: si nihil mali senseris: et ego credam: quẽ tu colis: Victor iterum manducans: nihil mali est passus. Statim maleficꝰ omnes libros suos cõburẽs: credidit xp̃o. Tũc comes iussit neruos ď corpore ei⁹ euelli. Victor dixit. Ex his omnib⁹ dolor me nõ cõtingit. Tũc comes iussit oleo iterũ cãdente valde perfundi abscõsa illi⁹. Victor respondit. Sic mihi est oleũ candens datũ: quo modo homini sitim patienti: cũ biberet aquam ad refrigeriũ. Iterũ iussit eũ comes suspẽdi: et lãpades ardẽtes lateribus ei⁹ iponi Hoc aũt facto: nihil mali sensit: sed poti⁹ confortatꝰ est a deo. Iterũ comes iussit calcem et acetũ dari in guture eius. Victor respondit. Acetũ tuũ ⁊ calx: sic est mihi vt fau⁹ mellis. Iterũ comes iussit oculos ei⁹ erui. Victor respõdit. Quãuis oclos corporis excecasti: tamẽ oclis interiorib⁹ plus video. Tũc comes iussit iterũ eũ capite deorsum ẽpẽdi: et sanguis de narib⁹ ei⁹ stillare cepit i terrã.

In natale sãcte potẽtiãe. Lec. j.

R

Ome sancte potẽciane virginis: que illustrissimi generis pudentis discipuli sancti pauli apl̃i: filia fuit Cuius matr̃ sabiella: soror vero praxedis. Quas pijs

fim⁹ pater earū prudēs: in omni religiōe xp̄i erudiuit: vgines q₃ xp̄i reliqt. Que post obitū sancti patris: in omni exercitatiōe pietatis ita exercuerūt: vt nocte dieq₃ incessanter hymnis et orationibus cū familia sua domino inseruirēt: beatissimo pio vrbis epo cū eis in laudib⁹ dei pticipāte. Remuneratione igit̄ p piissimis labori-b⁹ suis pcepture: q̄ per gratiā xp̄i fructuose cōsumauerāt. Post innumeros agōes: post multoꝝ martyrū venerabiliter exhibitas sepulturas: post omnes facultates suas in visceribus pauperum inclusas: xp̄oq₃ fideliter exhibitas: vel cōmēdatas: tandē de terris ad xp̄m migrauerunt. Potentiana venerabilis q̄rto decimo kalendas iunij posita in cimiterio priscille: via salaria: praxedis vero et sanctissima duodecimo kalēdas augusti: et ip̄a cū sorore iuxta patrē sanctū prudētem posita fuit. Eodē die beatissimi prudentis: patris supra nominatarum virginum. Lu.

In festo sancti vrbani. Lec. j.

VRbanus ep̄s natione romanus ex prosapia nobilissima ortus: cui⁹ pater pōtianus dictus ē. Qui vrbanus a beato petro apostolo octauus decim⁹ postquā beatissimus calixt⁹ papa psecutione alexandri p triūphum martyrij migrauit ad xp̄m: iā senex cathedrā romane vrbis suscepit. Qua dignitate sublimatus: multis calamitatib⁹ ac tribulationib⁹: nullis vsibus huius mundi vsus prosperis vixit: et aduersis omnib⁹ ob xp̄i potitus est amorem. Hic ante episcopatu₃ probabilis fuit confessor: et post episcopatum nihilominus semel et iterum ꝛ vsq₃ septies pro nomine xp̄i examinatus atq₃ iudicatus est. Hic fecit vasa saxea quam pulchra omnia argentea: patenas quoq₃ argenteas vigintiquinq₃ apposuit. Lu Lec. ij.

SAcra quoq₃ ministeria solerti industria sanciuit: et sua predicatione multos ad credulitatem et baptismum xp̄i conuertit etiam et valerianū inclytū virum sponsum beate cecilie: ꝛ cognatū ei⁹ tiburtiū. Quos etiā ad martyrij palmā perduxit: et ei⁹ monitis salutiferis multi martyrio coronati sunt. Qui fecit ordinatiōes quito decimo die mēsis decēbris. Presbyteros nouē: diaconos quiq₃: ep̄os p diuersa loca instituit numero nouem. Sedit in episcopatu annis octo: mēsib⁹ vndeci dieb⁹ duodeci. Cui successit anterus vir venerabilis natione grec⁹. Igit̄ i tēpore alexādri

augusti: q a matre măca dict⁹ ē. A p̄fecto vrbis turgio almachio multis supplicijs cōagustat⁹ ē cū alijs q̄z plurimis. Lectio.iij.

QUē cū inuenisset orātē cū trib⁹ diacōib⁹ et duob⁹ p̄sbyteris vicari⁹ carpasi⁹: eduxit eos ad palaciū vespasiani: ī quo erat almachi⁹. Cui⁹ iussu ꝯducti sūt ad pagū iuxta tēplū iouis: ⁊ ibidē in ergastulo missi: ad quē veniebāt m̄lti xp̄ianoꝝ: dato p̄cio carcerarijs v̄bū vite p̄cipiētes ab eo. Trāsactis itaq̄z multis dieb⁹: adducit āte cōspectū almachij. Cui dixit almachi⁹. Jā ꝯpone audaciā magice artis: ⁊ ostēde mihi thesauros cecilie: quos apꝺ te cognouim⁹ recōditos. Ad hec beat⁹ vrban⁹. Ut a me regris pecuniā cecilie: nequaq̄z negabo: q̄ ī gazofilacio xp̄i: p man⁹ paup̄ū recōdita ē. Nec tuā nec impatoꝝ amicitiā optabo: q̄ corruptibiles estis. Eterno regi famulari omni auiditate exopto. Tūc almachi⁹ p̄fect⁹: p̄cepit ministris suis dicēs. Plūbatas afferte: ⁊ tādiu cōtumax vrban⁹ cū suo clero mactet̄ q grās agebāt: cātātes ⁊ exultā (tes. Lectio.iiij.

POst hoc missi sūt ī custodiā p̄uatā: ⁊ ieiunijs afflicti: ad quos noctu xp̄iani venerūt multi cū trib⁹ tribunis: quoꝝ noīa sūt hec: fabian⁹: calixt⁹: amoni⁹: ⁊ duo p̄sbyteri nomie fortūat⁹: ⁊ iustin⁹. Qui audiētes mōita salutis: tūc ⁊ ipse anolinus carcerari⁹ credidit: ⁊ baptizat⁹ ē. Quo audito almachi⁹ misit ad vicariū capiasiū: vt p̄sētaret secū vrbanū cū clero suo. Qui cū cognosceret anolinū eē xp̄ianū: ait ad eū. Anoline verū ne ē qꝺ de te audiuim⁹? Anolin⁹ respōdit. Ego igr̄ xp̄ian⁹ sū: ⁊ xp̄m cōfiteor. Ad hec iudex irat⁹ ait. Deducant̄ ad tēplū diane: ⁊ ibi capita ple (ctāt̄: si nō sacrificauerint. Lectio.v.

POst hec turgi⁹ almachi⁹ iussit sibi tribūal pari: ⁊ veniēte nocte adduci beatū papā cū clero suo. Qui cū nō acq̄esceret sacrificare s₃ magis eū publice ꝯrideret: ait carpasio vicario. Duc eos ad tēplū: qꝺ ē iuxta pagū: ⁊ sacrificēt deo ioui: ⁊ p̄gre diligēt̄ facultates eoꝝ. Qꝺ si nō fecerit cedāt̄ ⁊ iterū ī ergastulo retrudāt̄. Quo cū vēissent: ꝯridebāt: ⁊ expuebāt ī eū: dicētes. O miseri. q̄re adoratis idola surda et muta? Ad hec v̄ba cū cederēt̄ repēte cecidit simlacrū: ⁊ iterfecit ꝯ sacerdotib⁹ idoloꝝ numero vigītiduos: q ministrabāt ignē sacrificij. Seq̄nti vero nocte iussit adduci sāctos: ⁊ cōtūelijs affecti forcit̄ cedebāt̄: extēsi ī terrā. Jlli aūt cū cederēt̄ grās referebāt deo: dicētes glīa tibi dn̄e. Un⁹ vero ex diacōib⁹ erectis ī celū oc̄lis: spiritū emisit. Cui⁹ corp⁹ fortūat⁹ p̄sbyt̄ tulit noctu: ⁊ sepeliuit eū ī cripta in (cimiterio p̄taxati: cui nomē erat lucian⁹ Lec.vj.

POst hec almachi⁹ p̄cepit vt cū plūbatis cederēt̄ ⁊ scorpionib⁹. Qui cesi

cū bñdixissēt deū: duxerūt eos ad fanū diāe cū nimio furore: z extē sis vlnis z erectis ad celū oclis: dixit beat⁹ vrban⁹. Tu⁹ ē de⁹ creator omniū: ipi soli sacrificamus: hec z alia q̃plurima dicētes: osculātes se osculo scō pacis: z flectētes genua: decollati sūt ꝑ noīe dñi: q̃rtodecimo kal. iunij. Mediolani scī dionysij epī z ꝯfessoris q ab iperatore ꝯstātino arriāo apd̄ capadociā ꝓ fide catolica dānat⁹ exilio: ibidē requeuit. Reliq̄s corporis ei⁹ p sanctū basiliū ꝑfate vrbis epm̄ receptas: beat⁹ ābrosi⁹ digno honore ꝯdidit. Eodē die apd̄ mēsiā ciuitatē dorostoro: nr̄is scōꝝ martyrū pasicratis valētiōis: z alioꝝ duoꝝ coronatoꝝ. Rome eleuterij pape: q sedit in ep̄atu ānos qndeci. Hic accepit ep̄las: a leuncio britāico rege: vt p ei⁹ mādatū xp̄ian⁹ fieret. Sepult⁹ ē iuxta corp⁹ beati petri. Hic firmauit vt nl̄la esca a xp̄ianis rpudiaref: q̃ ratiōabilis z hūana ē

In natale marcellini z petri. Lec. j

Rome nr̄is. scōꝝ marcellini z petri sub diocleciāo imperatore: z iudice sereno. Factū ē aūt: dū teneref beatus petr⁹ i obscurissimo loco carceris vīclis ferreis astrict⁹ custos carceris noīe artemi⁹ hēret filiā demoniaticā: quā vnice diligebat. Cui vir dei petr⁹ ait. Audi cōsiliū meū artemi: z crede vni genitū dei viui: dn̄m nr̄m ih̄uz xp̄z: q ē liberator omniū i se credentium. Si credideris: Salvabitur filia tua. Tu autem. Lectio. ij.

Cui artemi⁹ ait. Miror prudētiā ꝯsilij tui. Te de⁹ tu⁹ liberare nō pōt: cū illi credas: z quotidie ꝓ noīe ei⁹ plagas z vincula pferas: quō poterit filiā meā liberare: si ei credidero? Si me vis credere deo tuo: ecce ego duplicabo super te catenas: et claustra omnia carceris muniā. Te aūt ipm̄ i ipa inhūana z tenebrosa loca solū icludā. Si de his omnib⁹ liberauerit te de⁹ tu⁹: credā ei. Cui beat⁹ petr⁹ assensū ōdit: pmittēs ad domū illi⁹ se vēturū. Hoc in quā faciā nō ad libitū tētatiōis tue s; ad declaratione deitatis dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. Agitās caput artemi⁹: ait. Iste hō nimijs passionib⁹ fatigat⁹ aliena loquitur. Hec dicens abscessit. Tu. Lectio. iij.

Narrauitq₃ gesta z dicta hec: vxori sue cādide. Et ecce subito noctis initio adest hō dei petr⁹ artemio z candide: idut⁹ vestib⁹ cādidis: tenēs i manu sua triūphū scē crucis: in cui⁹ vestigia corruētes illi clamabāt. Uere de⁹ vnus est: z verus dominus iesus christus. Statimq₃ filia eoꝝ nomine z corpore virgo paulina: a spiritu immundo vexata: curata est. Et cum hec fieret: omnes q in domo erāt arthemij: crediderūt. Cōuenitq₃ multitudo vicinoꝝ

viri amplius quã trecenti mulierum vero abundantior numerus clamantium: preter xp̃m non est alius deus omnipotens. Cumqꝫ omnes cuperent xp̃iani fieri: adduxit vir dei petrus marcellinum presbyterum: qui omnes vnanimiter baptizauit. Sed et artemius omnes qui in vinculis erant absoluit: qui omnes baptismi gratiã perceperunt. Tu autem. Lectio. iiij.

Audiens hoc iudex serenus iussit marcellinum presbyterum ꝛ petrum exorcistam in presentia sua exhiberi. Et auditis bea tum marcellinum: iussit pugnis cedi in ambabus arterijs. Ut vbi defecerunt cedẽtes: ab eo petrum separari iussit: vt nudus super vitri fragmẽta sterneretur in custodia: et victus ei et lumen negaretur. Petrus vero conuersus ad serenum dixit. Cum sis nomine seren⁹: totum te nubilum: et tenebrosum factis ostendis. Tunc et ipsum serenus iussit in vinculis recipi: et pedes ĩ cipo artissimo constringi. Tu autem. Lectio. v.

Actum est autem dum separati essent: apparuit angelus domini marcellino presbytero orantiundo et induit eum vestimentis suis: et adduxit vbi beatus petrus erat in cipo et ferro. Sꝫ et ipsum exoluit et ambos perduxit ad domum vbi nuper baptizati orabant. Non post multum vero tempus cum beat⁹ artemius cum vxore et filia sentenciã capitalem suscepisset: comprehensi illi ab his qui sanctos dei et fratres punituri erant: alligati sunt manibus retro ad arborem vsqꝫ dum nũciaretur iudici sereno de eis. Ille iussit eos duci in siluam nigram: que hodie ĩ honore sanctorum silua cãdida appellat᷑: ꝛ in eadẽ ambos pariter decollari.

Cumqꝫ ventum fuisset in mediã siluam ipi sibi manibus suis mũdauerunt locũ a spinis: vbi orantes simul ꝛ dãtes sibi osculum pacis: genu posito: decollati sunt. Et qui eos decollauit vidit animas eorum splendide ornatas: ab angelis ferri ad celos. Et penitentiam agens sub iulio papa baptizatus est in senectute sua: nomine dorotheus. Quorum corpora reuelãtibus se beatis martyribus tulerũt postmodum lucilla et firmina xp̃ianissime femine: et iuxta sanctum tiburtium: in inferiori parte cripte sepelierunt: quinto kalendas septembris. (Lec. vj.

In natale sanctorum martyrũ primi ꝛ feliciani.

Lec. j.

De sancto barnaba apostolo.

R Ome in celio monte natalis sanctoꝝ p̄imi ⁊ feliciani sub diocleciano ⁊ maximiano imp̄atoribus. Qui glo̾riosissimi martyres ī dn̄o sēp viuētes a pōtificibus templorum apud īperatores qđ xp̄iani essent: accusati sunt. Et inquisiti (erant eni ciues romani) adducti sunt in conspectu imp̄atorum. Et iusserunt eos ferro vinctos in carcerem recludi: vbi affuit eis angelus dn̄i: qui eos cōsolaretur. Post aliquot vero dies: iusserunt eos imp̄atores suis aspectibus presentari. Le. ij.

ET iusserunt militibus vt ducerēt eos ad phanū herculis: vt si sacrificare nollēt: fortiter eos penis affligerēt. Verū cū nulla possent eos ratione mouere: sed pro xp̄i nomine optarent magis mori: extēderūt eos milites: ⁊ virgis fortiter mactauerunt. Et cum renūciassent imp̄atoribus milites que gesta sunt: irati valde iusserunt eos tradi p̄moto presidi ciuitatis: vt diuersis penis eos interficeret. Et accipiētes eos milites duxerūt ī viā q̄ dicit̄ numētana miliario terciodecimo: ferro vinctos: ⁊ miserunt eos in carcerem iuxta forū ciuitatis. Vbi iterum āgelica visitatione releuant̄.

POst multū vero temporis: iussit sibi p̄motus pre- Le. iij. ses ī foro ciuitatis tribunal preparari. Et cū itromissi fuissēt p̄mus ⁊ felician⁹ ⁊ iubēte p̄side fuissent post respōsionē ab inuicē sepati: p̄mū beatū felicianū iussit p̄ses cū plūbatꝭ cedere: dicēs ei. Ut qđ nō depōis īsaniā istā pectoris tui: vt eligas dies bonos ⁊ iocundos: ⁊ nō tormētis diuersis corpus tuū maceret̄? Beat⁹ felicianus dixit. Octoginta annos vite habeo: suntqꝫ anni triginta qđ agnoui veritatem dei. Et nihil de blandimētis hui⁹ mūdi cogitās elegi creatori meo eterno: oīpotēti dō seruire. Tūc preses iussit eū ligari: ad stipitē: ⁊ aculeos in manib⁹ ei⁹ ac pedib⁹ figi: ⁊ diu torq̄ri ⁊ per tres dies neqꝫ aqua neqꝫ vllū gen⁹ cibi ei ministratū est.

¶ In natale scī barnabe apostoli.

IN natale sctī barnabe apl̄i. Qui cū eēt cyprus: cū paulo doctore gētiū apostol⁹ ordinatus est. Hic postea p̄pter discipulū q̄ et marcus vocabatur separat̄ a paulo: nihilominus euāgelice p̄dicationis iniunctū sibi opus exercuit. Le. i. Le. ii.

CUius corpus tpe zenonis īpatoris ipso reuelāte reptū est. Hic vnā ad edificationē eccl'ie

pertinētē epistolā cōposuit:que tamē inter apocrifas legitur. Itē eodem die scti sostenis apud corinthū q fuit discipulus scti pauli apostoli. Le.iij.

Apud aquileiā natalis sanctorū martyrū felicis ⁊ fortunati:sub persecutione diocletiani ⁊ maximiani imperatorum:preside euphimio. Qui cū essent germani fratres fide xpi seruentes:deferente apamio q erat vnus ex officio presidis:victi ferro:aquileiam iudici euphimio pducuntur. Tu autē.

Ubi cum xpm constantissime faterētur:ab irato iudice primū in eculeo suspensi ardentibus lampadib⁹ circa latera appositis:mox psallētib⁹ martyrib⁹ extictis:inde p vētrē feruēti oleo supfusi:ad vltimū cū in confessione xpi durarent:foras ciuitatē ducti iuxta fluuiū q ciuitati adiacet:capite trūcantur. Tu autē. Le.v.

Inde nocte a religiosis viris eiusdē aqleie cū aromatib⁹ innoluti lintheaminib⁹:occulte sepulti sunt. At ciues vicētie superuenientes:eorum corpora pducere ad suam ciuitatem vicēciam meditabantur. Tu autem. Lectio.vi.

Non permittentibus aūt aquileiēsibus:diuq; renuētibus tādem pia contentio ita finita est nutu diuino: vt felicem vicētini fortunatum haberent aquileienses. Ita tamen: vt caput beati felicis aquileia: caput vero fortunati vicētia sortiretur. Quod factum in laude domini nostri vsq; hodie permanet. Tu autem.

In natale sanctorum Basilidis atq; Celsi. Cirini. ⁊ Naboris.

Lectio.i.

Natalis sanctorū basilidis.cirini.naboris. Quorū duos passos fuisse apud ebredinensem vrbē:antiquitas memorando celebrat. Mediolani natalis sanctorū martyrum: nazarij:⁊ celsi pueri. Beati nazarij pater affricanus mater vero perpetua a beato apostolo pertro baptizata. Ipse vero sanctus nazarius:a sctō clemente instructus ⁊ baptizatus est. Quem anolinus sub rabie persecutionis:q̄ p nerone excitata ē:diu maceratum ⁊ afflictū in carcere:cum quo beatissimū puerum celsū:quē idem nutrierat gladio ferire iussit. Quorum corpora xpiani furati:quīrto kalēdas augustarū sepelierūt foras portā:q̄ dicit romana:in pprijs hortis. Le.ij.

Reuelauerūt aūt se beati martyres:cuidā ceratio noīe cui vxor fortunata:⁊ p visū monuerāt se occultari,ppter rabiē persecutionis: quam nero impi⁹ excitaue

rat. Latuerūt vero vsq3 ad tempa honorij: & archadij imꝑatorū: quos beatus ambrosius dño reuelāte reperit. Patefacto aūt sepulchro in quo iacebat corp⁹ sancti nazarij: q̄ quādo passus fuerat: vt scribit beatus paulinus vsq3 tunc temporis ignorabatur viderunt sanguinem martyris ita recētem q̄ presentes erant: ac si eadem die fuisset effusus. Tu autem. Lec. iij.

Caput etiā ipi⁹: qḋ ab ipsis fuerat abscisū ita itegrū atq3 icorruptū: cū capillis capitis & barba vt videret eodem tp̄e quo leuabatur: locatū atq3 cōpositū i sepulchro: etiā odore tāto repleti sunt: vt oīum aromatū vinceret suauitatē. Quo leuato & in letica cōposito: statī ad sanctum celsum martyrē q̄ in eodē horto positus erat: ad orationē perrexit sanct⁹ episcop⁹: & vtrūq3 transtulit ad basilicā apostolorum q̄ est rome. Inuenti aūt & translati sunt: qnto idus iunij. Festiuitas vero eorū agitur: qnto kalēdas augusti de martyrio. Cōmemoratio etiam eoꝝ publica & celebris in die sanctorum martyrū prothasij & geruasij a fidelibus populis freq̄ntatur & venerabiliter excolitur. Tu autem.

In natale sanctorum cirici & iu·

(lite matris ei⁹. Lec. i.

Sanctorum xp̄i marty rum pia certamina debita veneratione recolētes mirabilē in sanctis suis dominū collaudem⁹: qui beato īfāti cirico rotā natiuitatī totone dū reuol uēte triēnio eiusq3 sacre genitrici iulite natalibus a pbis moribus generose muneris supni gratia roborante etatis & sexus infirma pro ipsius nominis amore vincētibus: illis quidē gloriosam martyrij palmam contulit in celestibus. Nobis aūt plurima confert beneficia eisdē vt credim⁹ patrocinantibus. Tu autem domine. Lectio. ij.

Qua ꝓpter sicuti quotidiana amonitione p̄ suos p̄sules sctā mr̄ ecclesia nos hortat agere: dignū iustūq3 ē & nob̄ in cūctis maxime salubre: dn̄m deū nr̄m in oī tēpore et in oī loco laudando glorificare: atq3 glrificādo laudare semp ac bn̄dicere: vt iplere valeam⁹ illud psalmiste. Bn̄dicā dn̄m in oī tp̄e: semp laus ei⁹ in ore meo. Hoc enī ē sacrificiū q̄ndo de⁹ pie colit ab vniuersis gradib⁹ bene viuentiū: dn̄ illi referuntur cōdigne: q̄ntū possibile est actio

(nes gratiarum. Tu autē. Lectio. iij.

Agitur facta persecutione christianorum sub alexādro imperatore cum seua su

pra modũ exardesceret vndiqꝫ secus eos insectãdi intentio: orienta
liũ quoqꝫ ꝓuĩcia⁊ fines apprehẽdit: in qͥbus partibus oriẽtalibꝰ
alexander ꝑses preerat: q sicut nomĩe sic impio suo erat par feroci
tate. Hic inter innũeros quos varijs cruciatibus ⁊ excogitatis af
fecerat pena⁊ mortibꝰ iulitã matronã nobilẽ: in lege dñi die ac no
cte meditantẽ fama boni odoris celebrẽ: missis officialibꝰ iussit ꝑ
sentari tribunalibus. Erat aũt iulita seruiens dño ĩ timore casto:
que filiũ alebat puulũ noĩe ciricũ: cui cũ lacte carnis: disciplinam
(tradidit diuine legis. Le. iiij.

Inter charos deniqꝫ ample
xus: ⁊ materne pietatis oscula: vt verũ parẽtẽ agnosceret ⁊ co
leret dñ lacte dulci ex eius aleretur vberibus ab ipsius ore ꝓ tem
pore pure fidei imbuebatur dogmatibus: surgentibus igit̃ aduer
sum se persecutoribus pro sua paruuliqꝫ salute confessionis ac ꝑ
cij ad dñm clamauit voce: ⁊ ipse cuius est salus benedictionem sue
gratie dedit eis. Ante cõspectũ deniqꝫ ꝑsentata presidis: ⁊ ab eo re
quisita: cuius esset prouincie vel ciuitatis: aut q̃ ei ꝓprij ineẽt cog
nitio nominis: respõdit. De ꝓuincia ⁊ de priorib ꝰ ciuitatis iconio
rũ progenita ad ciliciã tuas deuitans persecutiones demigraui
tarsoqꝫ sum ĩmorata. Et cũ sim vera xp̃iana: est mihi nomẽ iulita.
Cui preses: hortor te inquit tu tibi cõsule ⁊ imꝑatoris iussa ꝑfice:
atqꝫ debita dijs nr̃is libamina redde. Tu autẽ. Lectio. v.

Beata Julita respõdit. Ego immũdis nõ sacrifico demonijs:
quia vnius ⁊ viui ⁊ veri dei: vera sum cultrix. Ait preses. Sa
crifica dijs antequam ad tormenta perducaris. Et illa. Nec dijs
tuis vanis sacrifico: nec tormenta pauesco. Interi dum hec inter
eos sermones serũtur alma genitrix cirici non modico augebat̃
merore animi: quod ipsa posita in procictu belli pro cõfessione fi
dei: sui destituta videret̃ solatio paruuli. Ad eius tamen suggesti
onem iubente preside ⁊ matre eum veluti prodente: perquisitus ẽ
tenellus infans ciricus ⁊ a militibus presidis reperitur atqꝫ ante
eum perductus primo quidem blandimentis lenibus vt infans
demulcetur dein de minis exasperatur. Tu autem. Le. vj.

Ille vero blandientẽqꝫ ⁊ minantem paruipendens: mente ma
iori et disertissimo sermone xp̃ianũ se esse constanter ẽ ꝓfessus
⁊ ab hac professione se vllo modo diuelli non posse protestatur.
Unde dum ante presidem staret secunduꝫ tempus elinguis infan
tulus non ille sed in eo ⁊ per eum loquebatur spiritus: cuius adi
pe et pinguedine replebatur os ⁊ anĩa eius. Dixit autem ei: alexã

der volo mihi pandas viuaciter qui huiuscemodi tibi doctrine
doctor extiterit in grecia: simulq; absistas ab hac pertinacia quã
celeriter ne pro deorum ⁊ imperatoris contemptu: penis afficiaris
grauiter. Ad hec infans. Quam ait o preses miror insipientiam: q
in me tãtillam cernens etatulam: nec dum temporis curriculo tri-
ennium distendi etiam minus idonee percuntaris quis diuinam
me docuerit sapientiam. Tu autem.

In natale sanctorum Marci ⁊ Marcelliani. Lectio .i.

Rome via aurelia natalis sanctorum martyrum
marci ⁊ marcelliani preclarissimi generis trãquil
lini ⁊ marcie filiorum quibus pro xpi noĩe in vin
culis constitutis quotidie sanctus sebastian⁹ so-
latium exhibebat: ⁊ tam ipsis quam etiam seruis
eorum cum quibus tenti fuerant salutaria fidei
consilia ministrabat: vt figuram seculi ⁊ blandimenta respuerent
⁊ momentanea tormentorum genera non timerent. Qui cum bea-
tissimis consolationibus acquiescerent: ⁊ verbera carnificum ani
mo perseueranti transirent: capitalem iussi sunt subire sententiã
Ea scilicet ratione vt si eodem momento quo decollandi erant sa
crificijs consensissent: ⁊ parentibus suis ⁊ coniugibus ⁊ filijs ⁊
facultatibus redderentur. Tu autem domine. Lectio .ij.

Erant enim non solum vt diximus genere clarissimi viri: sed
⁊ facultatib⁹ ditati. Quorum erat pater tranquillinus nomi
ne: ⁊ marcia mater vocabatur. Qui illos sequebantur cum vxori
bus eorum ⁊ filijs: nimio enim in eorum nepotibus ducebãtur af
fectu. Unde factum est: vt a cromatio vrbis prefecto triginta die
rum inducias impetrarent. In quorum spatio ageretur cum eis qua
tenus ad thurificandũ idolis consentirent. Accedentes itaq; ami
ci eorum ad eos: ceperunt dicere. Unde vobis tam durum tamq;
ferreum pectus: quod caniciem patitur patris abijcere ⁊ matri-
iam decrepite nouos partus afferre dolores. Nam ⁊ partus do-
lores suis consolationibus superabat: dum in vno dolore duos fi
lios pareret: ⁊ geminum patri funderet filiorum affectum. Tu
autem. Le. iij.

Tunc vero insanabilis cruciatus:
incomparabilis planctus est: quo spes ⁊ gaudiũ tollitur: vita
contemnitur: respuitur presens gloria: ⁊ cõtẽptis omnibus pieta

tis affectibus: mortis attrocitas appetitur. Obsecramus vos o amici charissimi: tandem bis date cladibus finem: et vos patres et dulcium filiorum vel ammoniti mementote. Hec et his similia amicis dicentibus: miseram se clamans mater aduenit: et soluto capite canos sue senectutis ostentans: in conspectu eorum vestem qua pectus tegebatur scidit: et cunctis flentibus ostendebat eis laxis pellibus quas suxerant mamas: et blandimenta que infantie eorum exhibuerat eiulando lachrymis memorabat. Hec ea faciente infirmus pater et grauis iam senio manibus adducitur seruulorum et cigneo capiti puluerem terre aspergens huiusmodi dabat voces ad celum. Ad mortem vobis proficiscentibus filijs valedicturus adueni: et vniuersa que filijs sepulture mee parauerant exhibenda: ego infelix in filios sepeliendos expendam. Tu autem.

In natale sctorum geruasij et pthasij

Ambrosius seruus christi fratribus per orbem Lectio.i. italiam in domino eternam salutem. In diuinis voluminibus reus ascribitur: qui non studuerit dare gratis quod gratis accepit. Quicquid enim ecclesie profuturum erat subtraxisse arguitur: qui noluerit dare omnibus quod ipse non celandum acceperit. Unde et psalmographus vates canit. Justiciam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi. Non celaui misericordiam tuam: et veritatem tuam: in concilio multorum. Et pro hoc opere quasi vicissitudinem a deo postulans: adiecit. Tu autem domine ne eloges misericordiam tuam a me quasi qui diceret. Sicut ego feci alios misericordiam inuenire: ita ipse non patiaris longe fieri misericordias tuas a me. Tu autem. Lec.ij.

Aperiam ergo cur ista premisimus et nostros amicos qui deo sentitis et creditis: hac inuentione sanctorum corporum ad leticiam inuitemus. In diebus transacte nuper quadragesime: cum dominus mihi donasset vt ieiunij me faceret esse participem in oratione posito ita me somnus obrepsit: vt nec vigilans aperte: nec dormiens integre viderem apertis oculis mecum duos iuuenes effebos vestibus candidissimis idest colobio et pallio indutos caligulis calciatos manibus extensis orantes sed quidem grauidem patiens loqui cum eis non poteram: sed quia vt dixi pars in me somni incumbebat: que ad eorum interrogationem ver

bum proferre non sineret plene euigilanti visio eorum elapsa est. Unde factum ē: vt rogarem domini misericordiam: vt si ludificatio demonum esset abscederet: si autē veritas: plenius appareret. Ad impetrandum vero quod poscebam a domino augmentaui ieiunium. Similiqꝫ modo: canente gallo: orātes mecum iuuenes apparuerunt. Tu autem domine. Lectio. iij

Tertia vero nocte defecto ieiunijs corpore: non dormienti sed stupenti cum quadā mihi tertia apparuere persona: que similis esset beato Paulo: cuius vultum me pictura docuit: in tantū vt ipse mecum illis stantibus loqueretur dicens. Isti sunt qui monita mea secuti sunt: respuentes predia ꝛ diuitias secuti sunt domini nostri iesu christi vestigia: nihil terrenum: nihilqꝫ carnale concupiscentes: in media hac mediolanēsi vrbe per decē ānos in dei seruicio perdurantes: ad hoc pertingere meruerunt: vt christi martyres fierēt. Quoꝝ corpa in eo loco īuenies: īquo stas ꝛ oras duodecim pedum altitudine terre: coopertā archā inuenies. Quā archam superius exaltabis: ꝛ in nomine eorum ecclesiam fabricabis. Cumqꝫ ab eo nomina requirerem: dixit mihi. Ad caput eorū libellum scriptum inuenies: in quo et ortus eorum ꝛ finis scriptus est. Conuocans itaqꝫ omnes per circuitum fratres ꝛ coepiscopos vrbiū vicinarū: referēs vniuersa que viderā: ipsis corā positis prim⁹ ego terre fossor accessi. Ceteri epi ꝓsecuti fodientes: peruenim⁹ ad archā: quā sanct⁹ promiserat paulus. Tu. Lectio. iiij

Quam aperientes inuenimus quasi ipsa hora positos sanctos miro odore fragrantes. Ad quorū caput libellū inuenim⁹: in quo erant hec per ordinem vniuersa conscripta. Ego seruus xp̄i Philippus: intra domum meam hec corpora sanctorum cum filio meo rapui: ꝛ sepeliui. Quorumꝫ mater valeria pater vitalis dicti sunt: quos vno ortu geminos genuerunt ꝛ vnum prothasium alterum geruasium vocauerunt. Et postea ꝙꝫ pater eorum beatus Uitalis martyrio est coronatus atqꝫ beatissima mater valeria migrauit ad christum ab intestato Geruasius ꝛ Prothasius domū propriam in qua nati fuerant ꝛ res parentum ꝛ casellulas venundantes: dederunt precium pauperibus: ꝛ familiole sue: quā ingenuam fecerunt ꝛ ipsi sic in vno cenaculo concluserunt: per decem annos lectioni ꝛ orationi vacantes: hoc ordine in anno conuersationis sue vndecimo ad palmam martyrij peruenerunt. Superueniente astatio qui proficiscebatur ad bellum quod a marcoma-

nis fuerat excitatum: occurrerunt ei templorum cultores cū sacer dotibus suis dicentes. Si vis letus ad augustos nostros reuerti ꝛ victor: prothasium ꝛ geruasium sacrificare compelle. Vehemē ter enim dij nostri de eorum contemptu commoti: nobis dare res ponsa contemnunt. Tu autem. Lectio .v.

Audiens hec astasi⁹ comes iussit eos teneri: ꝛ ad se duci. Qui bus ꝛ dixit. Hortor vos vt a deorum nostrorū iniurijs tempe rantes ad immolandum eis deuoti studeatis insistere vt expediti us omnia suauiter celebrentur. Geruasius dixit. Victoriam de ce lo debes a deo oīpotēti reqrere: nō a simulacris immūdis ꝛ vanis: q̄ oculos habent sine lūine: aures sine auditu nares sine odoratu os sine gustu: ꝛ ventrem absq; interioribus habere probantur: ꝛ sine flatu esse noscuntur. Indignatus comes astasius: iussit eum tamdiu plumbatis tundi quandiu exalaret spiritum. Quo amoto iussit sibi adstare prothasium cui et dixit. Miser vel tu viuere stude ꝛ noli biotonatus fieri: sicut ꝛ fratrer tuus. Cui prothasius respondens ait. In eo quis est miser: ego qui te non timeo: an tu in eo quod te times ledi a me: videris timere me. Si me non timeres: ad sacrificium non compelleres. Ego autem non te timens: contē no minas tuas ꝛ omnia idola tua stercora computans: deum solū qui in celis regnat adoro. Tu autem domine. Lectio. vj.

Audiens hec astasius iussit eum fustibus cedi. Postea vero erecto dixit. Miser: ut quid tā superbus ꝛ tam rebellis exi stens vis perire sicut tuum probasti perisse germanum? Protha sius dixit. Non tibi irascor: nec ego nec ipa iusticia: quoniā cecos oculos tui cordis attendo. Incredulitas enim que in tuis sensib⁹ regnat: non te permittit videre quod dei est. Nam ꝛ domin⁹ me⁹ iesus xp̄s crucifigentes se non maledixit: sed potius vt eis indul geretur orauit addens hoc: quia nescirent quid facerent. Unde ꝛ ego tui misereor: quia nescis quod facis. Age ergo qđ cepisti: vt mihi possit cum meo fratre hodie benignitas nostri saluatoris oc currere. Astasius iussit eum capite cedi. Quod cū factum eēt ego philipp⁹ abstuli cū filio meo furtī nocte scā ista corpa: ꝛ in domo mea deo solo teste in ista archa saxea sepeliui: credens me oronib⁹ eorum consequi misericordiam dn̄i nostri iesu xp̄i: q cum patre et spiritu sancto viuit ꝛ regnat in secula seculorum. Amen.

In vigilia sancti Joānis baptiste.

De sancto ioanne baptista.

Fuit in diebus herodis regis iude sacerdos Scdz. luca. qdā noīe zacharias de vice abia: et vxor illius d filiab⁹ aarō et nomem ei⁹ helisabeth. Omelia ex cōmētarijs bede p̄sb. Lec. j.

Acratissima p̄cursoris dn̄i nobilitas: nō solū a parētib⁹: sed a progenitoribus gloriosa descendit: q̄tenus aduēt⁹ illi⁹ fidē nō subita inspiratiōe cōceptā: verū habita magis ppagatione susceptaz liberius p̄dicaret: et quoniā qdē aarō p̄mi in cunctis lege pōtificis est nota dignitas: dicēdū est parū de abia. Cū dauid rex et pph̄eta magna deuotione peteret vt inueniret taberna culū deo iacob. Et n̄s aūt magis hoc a salom: ōe fieri decerneret atq3 ideo dauid salomoni omnia q̄ ad ipēsas dom⁹ pertinebant p̄pararet: ipsius quoq3 dom⁹ per singulas mēsuras z descriptionē daret vt crescēte extrinsecus statu culture etiā deuotionis interi⁹ culmē augesceret. Diuisionē nihilomin⁹ sacerdotaliū leuiticoz graduū in omnia opa dom⁹ dn̄i distribuit. Lec. ij.

Erant enī p̄ncipes sanctuarij: z p̄ncipes dom⁹ dei: idest sūmi sacerdotes: tā d filijs eleazar: q̄z de filijs Itamar. Quoz vices secūdū ministeria sua vt ingrederēt domū dei: viginti quattuor sortib⁹ distinxit: in qb⁹ abie familie de qua zacharias ortus ē sors cōtigit octaua. Diuisit eni vtrasq3 int̄ se familias sortib⁹ vnā domū q̄ sub se habebat ceteros itamar. Lege verba dieꝝ: seu z antiquitatū iosephi librū septimū: vbi stati refert: z vtraq3 generatio iuxta ordinē sortiōis ministraret deo p dies octo: a sabbato vsq3 ad sabbatū. Ubi etiā de tribu leuitaꝝ vigīti q̄tuor ptes factas asserit: vt ipsi quoq3 eodē modo sortiti iuxta morē sacerdotum octo in his diebus ministrarēt. Lectio. iij.

Non aūt frustra p̄mus noui testamēti p̄co in octaue sortis vice nascit: q: sic septenario sepenumero propt̄ sabbatū vet⁹ testamētū: sicut nouū aliquoties octonario p̄pter sacramētū vl' dn̄ice vel nr̄e resurrectionis exprimit. Unde q: nō alit̄ quā p obseruātiā vtriusq3 testamēti: regni celestis aula penetrat: recte z i templo salomonis mystic⁹ qndecī gradib⁹ ascēsus fuisse narrat. Et is q ad dominū i tribulatiōe clamās exaudit' totidē graduū psalmis ad superiora p̄ducit: qō tādē i atrijs dom⁹ dei: posit⁹ audire possit. Benedict⁹ dn̄s ex syō. Tēp⁹ quoq3 herodis alienigene videlicet regis: etiā ipō dn̄ico attestat' aduētu. Predictū nāq3 fuerat q: non d̄ficiet p̄nceps ex iuda: neq3 dux de femorib⁹ ei⁹ donec

veniat qui mittēdus est. Ex quo enī patres ex egypto exierūt: sue gentis iudicibus vsq3 ad samuelē prophetam ac deinde regibus vsq3 ad transmigrationem babylonis regebant. Post reditum vero ȯ babylone: ꝑ pōtifices rerū sūma gerebaᷓ: vsq3 ad hircanū regem simul et pontificē. Quo fratris inuidia multis calamitatibus vexato ad vltimum ab herode cuius patrē ipse de ignobili et aduena idest genere idumeorum sublimē fecerat: ⁊ cuius ē vi fraudis interemptus iudee regnum ipsi herodi iussu cesaris augusti tradidit gubernandum: cuius tricesimo anno iuxta prophetiā supradictam qui mittendus erat aduenit. Erant autem iusti ambo ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela.

In die. Lec. j.

Post illum sacrosanctum dñi natalem diem: nullius hominis natiuitatem legimus celebrari: nisi solum ioannis baptiste. In alijs sanctis et electis dei nouimus illū diē coli: quo illos post consummationē laborū: et deuictum triūphatūq3 mundum: in perpetuas eternitates presens hec vita ꝑturijt. In alijs consummata vltimi diei merita celebranᷓ. In hoc etiā prima dies: etiam ipsa hominis initia cōsecrantur. Pro hac absq3 dubio causa: q2 dominus aduentū suum: ne subito insperatum homines non agnoscerēt voluit esse testatum. Ioānes aūt figura fuit veteris testamēti: et in se formā tulit legis: ⁊ ideo ioānes premūciat saluatorē: sicut lex gratiā ꝓcucurrit. Quod aūt nondū natus ȯ secreto materni vteri ꝓphetauit: et expers lucis iā testis est veritatis: hoc est intelligendū: quod latēs sub velamine: et carne latere redemptorē3 mundo spiritu predicauit: ⁊ nobis dominū nostrum de quodam legis vtero proclamauit. Lec. ij.

Ergo q2 iudei errauerūt: idest a lege q̄ xp̄o grauida erat: errauerunt a vētre: locuti sunt falsa. Ideo venit hic in testimoniū vt testimoniū ꝑhiberet de lumine. Quod aūt ioānes in carcere cōstitutus ad xp̄m discipulos suos ordinat: lex ad euāgelia trāsmittitur: lex iuxta typū ioānis q̄ sub ignorātia clausa carcere in obscuro et in occulto iacebat: et iudaice cecitatis sensus intra litterā tenebaᷓ inclusus. De hoc beat⁹ euāgelista ꝓloqtur. Ille erat lucerna ardēs: idest qȯ spiritus sancti igne succēsa: mūdo ignorātie nocte

possessolumē salutis ostēderit: ꝛ q̄si intra dēsissimas delictoꝝ tenebras splendidissimū iustitie solē lucis sue radio ꝑmōstraret: d se ipso dicēs. Ego vox clamantis in deserto: idest in gētiū populo.

Uacua eni timore dei pectora et spiritu scō catētia: (Le. iij. deserto squalentis heremi cōparātur. Desertus eni erat hic mūd⁹ a cultura fidei et timoris dei: ꝛ peccatoꝝ spinis obsit⁹: squalebat tāquā ager incult⁹. Et nullū penit⁹ fructū: nullā bonoꝝ operū fecūditatē obtulerat: quia nullū hymbrem gratie spiritualis exceperat. Mittit̄ beat⁹ ioānes: q eū per ꝓphetică atq̄ apostolicā predicationem annūciādo penitentiam: quasi rudem campum proscinderet: fecundaret: et excoleret: diuini verbi seminibus impleret: et ad maturam frugem: idest ad regenerationis gratiam ꝑpararet. Jam illud quante glorie est: quod zacharie sacerdoti seni: et helisabeth sterili: a gabriele idest ab illo angelo promittitur filius: a quo marie matri domini natiuitas nunciatur: et quasi ex aliquo similis domino promititur filius sterili ante filium virginis. Nescio quam magni miraculi: ipsa nouitate declarans insperatam prolem: sterilitas muneratur que nouo partu erat miranda ditandaq̄ virginitas. Lu. Lec. iiij.

Premittitur ergo lucerna ante solem: seruus ante dn̄m: amicus ante sponsū: p̄co āte iudicē: vox āte verbū. Et ideo de se dicit. Ego sum vox clamantis in deserto. Quid est quod beatus ioannes vocem se esse dixit? Ideſt quia verbi annūciator: et p̄dicator erat. Hic iam sollicite requiramus: quid inter verbum sit ꝛ vocem. Scripture sacre verbum esse diffiniunt: quod inter animi silentium mente concipimus. Uerbum esse deffiniunt ipsam cogitationē: q̄ adhuc itra ɔsciētie secreta retinet̄: vocē vero p quā verbū ꝓfert̄ i mediū. Uox son⁹ ē index: cogitationis vel vbū. Caro ipsa cogitatio. Sicut eni q̄ndo v̄bū corde ɔcipim⁹: necessaria ē vox: q̄si qōdā vehiculū v̄bi: ꝛ quoniā licet v̄bū ipsum p oris sonū ad aliū trāsferam⁹: tamē itegrū: ꝛ iā intra nos idest clausū ad loq̄ndū trāsfert̄: vt tātū in sua sede teneat̄: ita omnipotēs pat̄ inotescere nobis volēs sapiētiā et v̄bū illud: qd̄ in principio erat deus apud deū: sicut ipse testat̄ eructauit: cor meū v̄bū bonū: sanctū ioannē quasi vocē per quā ad nos verbum suū ꝓferret assumpsit. Qd̄ v̄bū de illa sede ita ad nos d̄scēdit: vt in sinu idest i ꝓfūdo p̄rni pectoris ꝑmāeret tertā visitās: ꝛ celestia nō reliq̄ns. L. v.

Hanc itaq̄ gl'iaꝫ beat⁹ ioānes baptista nō de lōgīquo sic̄ relig

prophete: sed vicinus: proximus antecessit. Illi aduentum regis ante multa tempora predicauerunt: alij dixerunt quomodo ventu rus esset: alij ecce cito veniet: iste venturum predixit: et venisse monstrauit: et prophetiam suam ipso quem annunciabat assisten te compleuit. Adhuc itaque in vtero matris sue spiritu sancto re pletus: et suam ipsius natiuitatem prophetando preuenit: ad simili tudinem domini sanctificatus ante quam genitus. Intra viscera exultans: et saluatoris aduentum materno ore prophetans: vere lucerna ardens: in quo tam singularis gratia diuine dignationis effulsit: vt iamque affore redemptorem sue genitricis voce narraret: et per eam velut quan dam veritatis lucernam: nondum in lucem platus ostenderet. Hic est ille: qui noui et veteris testamenti idoneus est mediator: et gloriosi agni dignus ostensor: qui dominum suum et annunciare vno tempore meruit: et videre Una eademque sue natiuitatis etate: et noua incipiens et vetera includens. De persona huius euangelista testatur. A diebus ioannis: regnum celorum vim patitur. Tu autem. Lec. vj.

Nouimus quia familiariter mens humana in diuersis mundi huius illecebris et concupiscentijs deuicta fugit laborem: expetit voluptatem: et vix adducitur vt consuetudinem a se vite prioris excludat. Sed cum ceperit cogitare vltimi diei necessitatem ac futuri iudicij pondus: incitata et stimulata: vel timore supplicij voluntarium bellum indicit passionibus: et vim facit pristinis de sidertjs suis: et violenter se vincere ipse contendit. Non enim sine violentia fieri potest: vt de abundantia et delicijs ad famem et si tim abstinentiam et crucem transeat: vt somno prius et ocio ami cam carnem contritione vigilijsque conficiat. Non inquam sine violentia fieri potest: vt vnusquisque iracundiam patientia super biam humilitate commutet: amore paupertatis ac sufficientia afflu entiam superfluam et violentiam sobrietate: luxuriam castitate condemnet: et homo subito in virum transformetur perfectum: et quodammodo alter reddatur ex altero: ac sic a talibus per vio lentiam regnum celeste diripitur. Duo autem sunt abstinentie car nis genera: vnum corporale et aliud spirituale. Unum a potu atque ab epulis temperare appetitus: seque a delectationibus et mollissimis suauita tibus coercere: et ab his que per tactum et gustum visumque decipiunt sensum vi rilitet reuocare: ac violenter abstrahere. Alterum abstinentie carnis genus est preciosum atque sublime: motus anime regere: et perturbationes illius mo desta tranquillitate placare: ire ac superbie impetus quasi feram

bestiam refrenare: litigare quotidie cõtra vitia sua: increpare se quadã cẽsure austeritate virtutis: ⁊ rixã quodãmodo cũ homie interiori cõserere. Preciosa hec in cõspectu dñi et gloriosa crux cogitationes malas i potestatẽ redigere: volũtates ꝓprias abnegare: easq; interiori examinatione discutere: ⁊ regentis imperio subiugare. Lu. Secũdum lucam.

In illo tempore: Elisabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et reliqua. Lectio. vij.

Uerbũ impletionis sancta scriptura i bonoꝝ tãtũ ortu: vł obitu: vel actu ponere cõsueuit. Quoꝝ vitã plenitudinẽ pfectionis habere significat. Denique helisabeth impletũ est tẽpus pariẽdi. Impleti sunt dies marie: vt pareret. Impleuit salomõ: edificare domũ dñi. Defunct⁹ est abrahã: vel alius aliq̃s patrum senex et plenus dieꝝ. Et postquã venit plenitudo tẽporis misit de⁹ filiũ suum. At contra: dies impioꝝ inanes sunt ⁊ vacui. Uiri eni sanguinũ ⁊ dolosi: nõ dimidiabunt dies suos. Et audierũt vicini ⁊ cognati eius q2 magnificauit dñs misericordiã suam cũ illa: et congratulabãtur ei. Habet sanctoꝝ editio letitiã plurimoꝝ q2 cõmune est bonũ. Justicia eni: cõmunis est virt⁹. Et ideo in ortu iusti: future vite insigne ꝓmittit. Et cũ gratiam seq̃tur virt⁹: exultatione vicinoꝝ pfigurãte signat. Et factũ est in die octaua: venerũt circũcidere puerũ: et vocabãt eum nomine patris sui zachariam. Et respondẽs mater ei⁹ dixit: neq̃ quam sed vocabit ioãnes. Lec. viij.

Mire sanct⁹ euãgelista nõ pretermittẽdũ putauit quod plurimi infantẽ patris nomine zachariã appellãdũ putarunt: vt aduertas matri nõ nomẽ alicui⁹ displicuisse de genere sed id sancto infusũ spiritu voluisse: qđ ab ãgelo ãte zacharie fuerat ꝓnũciatũ. Et qđẽ ille mut⁹ ĩtimare vocabulũ filij nequit vxori: s3 ꝓ ꝓphetiã helisabeth didicit: qđ nõ didicerat a marito. Et dixerũt ad illã. Q2 nemo ẽ in cognatiõe tua: q̃ vocet̃ hoc nomie. Jnnuebãt patri ei⁹, quẽ vellet vocari eũ. Et postulãs pugillarẽ scripsit: Joãnes ẽ nomẽ ingt ei⁹. Hoc et mirati sunt vniuersi: ioãnes ẽ ingt nomẽ ei⁹: hoc nõ ei nos nomen iponim⁹: q2 iã a deo nomẽ accepit. Habet vocabulũ suũ quod agnouim⁹ non qđ elegim⁹. Nec mireris si nomẽ mulier qđ nõ audiuit asseruit: quãdo et spirit⁹ sanctus q2 angelo mandauerat reuelauit. Neq3 eni3 poterat domini ignorare prenunciũ: q̃ prophetauerat christum. Et bene additur quia nemo in cognatione eius vocabatur hoc nomine: vt intel

ligas nomen non generis esse sed vatis. Lec.ix.

Apertum est aũt illico os ei⁹ et lingua eius ⁊ loquebat̃ benedicẽs deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum Quia vox clamãtis in deserto est nata: merito lingua est parẽtis soluta. Neq̨ enim patrẽ a laudibus silere decebat: qui verbi precone sibi nato gaudebat. Quippe cui labia q̃ incredulitas vinxerat: fides iam soluit. Uerũ hoc etiã allegorice si quis perscrutari desideret. Joannis celebrata natiuitas gratie noui testamẽti ẽ inchoata sublimitas. Cui vicini ⁊ cognati patris nomẽ q̃ ioannis imponere malebãt. Quia iudei qui legis obseruatione quasi affinitate vincti erãt magis iustitiam q̃ ex lege est sectari: quam fidei gratiã suscipere cupiebãt. Sed ioannis hoc est gratie dei vocabulũ mater verbis pater litteris itimare satagũt. Quia lex ipsa psalmiq̨ ac prophete: apertis sentẽtiarũ vocib⁹ gratiam christi predicant. Et sacerdotiũ illud vetus figuratum cerimoniarũ et sacrificiorum vmbris eidem testimoniũ pendet. Pulchreq̨ zacharias octaua die prolis edite loquitur: quia per domini resurrectionẽ q̃ octaua die hoc est post septimã sabbati facta est: occulta sacerdotij legalis archana patuerũt: linguaq̨ põtificũ iudeorũ quã diffidentie vincula strinxerãt: intelligẽtie rationalis ẽ voce soluta.

In natale sanctorum ioãnis ⁊ pauli martyrum. Lec.j.

Hodie natalis sanctorum ioannis et pauli: quorũ primus prepositus: secundus fuit primicerius cõstantie virginis filie constantini. Qui cum omni die turmas christianorum recrearent ex his opib⁹ quas sacratissima virgo christi constantia reliq̃rat: peruenit hoc ad iulianum: et misit qui eos cõuenirent dicens: debere sibi eos adherere. Illi vero responderunt Dijs imperatoris tuis: nos metipsos omnino subtrahimus. Sum⁹ enim nos non falsi: sed veri christiani. Quibus iulianus mandauit. Considerare debetis quia regia aula nutriti: non debetis deesse a latere meo: vt habeam vos primos in palatio meo. Quod si contemptus a vobis fuero necesse mihi erit agere: vt contemni non possim. Paulus et ioannes: dixerunt. Non tibi facimus hanc iniuriam: vt preponamus tibi qualemcumq̨ personam.

Dominum tibi preponimus qui fecit celum et terram mare et omnia que in eis sunt. Et scire te volumus: quia numquam ad salutationem tuam: numquam ad palatium tuum veniemus. Tu autē

Lectio. ij.

Quibus iulianus ait. Decem diebus a me dantur vobis inducie: vt decima transacta die sponte ad me venientes amicos vos habeam. Non venientes vero tamquam hostes publicos puniam. Tunc sancti viri ioannes et paulus: christianos ad se inuitantes ordinauerunt de omnibus que relinquere poterant et per omnes dies decem incessanter nocte dieqꝫ elemosinis insistebant. Die vero vndecima sunt constricti intrare domum suam Missus namqꝫ est terentianus campiductor ad eos cum militibus: hora cenandi. Qui ingressus inuenit eos orantes. Qui dixit eis. Dominus noster iulianus statiunculam iouis auream ad vos misit vt adoretis eam: et thura incendatis. Quod si non feceritis: ambo modo gladio feriemini. Non enim decet vos intra aulam nutritos: vt publice occidamini. Joannes et Paulus: dixerunt Si tuus dominus est iulianus: habeto pacem cum eo. Nobis autem dominus non est alius: nisi vnus deus pater: et filius: et spiritus sanctus quem ille negare non timuit. Et qui semel a facie dei proiectus est vult et alios secum in interitum deuenire. Tu.

Lectio. iij.

Hec et his similia dū dicerent: et terentianus eos ad adorandum iouem et thura incendēda impelleret: tertia hora noctis trāsacta terentianus volens placere iuliano sicut illi dictum fuerat sine strepitu vt puniret eos: quod eadem hora factum est. Fecit namqꝫ fieri foueam intra domum eorum: et decollari eos. Cum fecisset: iussit statim corpora eorum inuolui et reponi: faciens hanc famam: quod iussu cesaris missi fuissent in exilium. Nullum enī signum interfectionis eorum inuentum est super terram. Statim autem iulianus in bello persarum interfectus est. Facto autem iouiniano imperatore viro christianissimo: aperte sunt ecclesie et cepit religio christiana gaudere. Demones autem ex obsessis corporibus intra domum pauli et ioannis eijciebantur confitentes sanctam passionem eorū: ita vt vnicus filiꝰ terentiani q eos nocte occiderat: itra domū sanctorū veniret: et p os eiꝰ clamaret demon: quod paulꝰ et ioānes eum incēderēt. Cū quo terentianꝰ veniens: prostrauit se in facie; clamās qꝫ nesciēs quid fecerit homo paga

nus:iussum cesaris adimplesset. Unde factu ē: vt dato noīe suo p̄ximo die pasche pcepit gratiam christi. Quod cū fecisset r post baptismū penituisset et assidue orās:et flēs ad locū vbi sāctoꝝ corpora erant a sanctis dei:fili⁹ ei⁹ mūdatus est. Ipso aūt terētiano referēte:istā passionē sanctoꝝ:scripta sunt hec ad laudem domini nostri iesu christi. Secundum lucam.

In illo tēpore. Dixit dominus iesus discipulis suis. Attendite a fermēto phariseorum:qd̄ est hipocrysis. Et reliqua.

Ad hoc fermētū pertinēt omnia q̄ recūbens iesus apud phariseū superi⁹ disputauerat. De quo r apostol⁹ p̄cepit. Itaq3 epulemur: Nō in fermēto veteri:neq3 in fermēto malitie r nequitie:s3 in azimis sinceritatis et veritatis. Nā sicut modicū fermētū totam cui inijcit̄ massam corrūpit:quā mox cōspersione sui sapōis cōmaculat:sic nimirū simulatio cuius semel animū imbuerit tota virtutū sinceritate et veritate fraudabit. Nihil autē opertum est quod nō reueleṫ:neq3 abscōditum quod nō sciat̄. Et quomodo in p̄senti seculo mul tos diu latet hipocrysis:de futuro tempore intelligendū ē:quādo iudicabit de⁹ occulta hominū. Nā sic vnus amicoꝝ beati iob:verissime dixit. Laus impioꝝ breuis ē: r gaudium hipocryte q̄si instar puncti. Si ascenderit vsq3 ad celū superbia ei⁹ et caput ei⁹ nubes tetigerit:q̄si sterqliniū in fine perdeṫ. In fine inquit perdetur:q in p̄ncipio florere videbatur. Est ergo sensus. Attendite ne veniemini simulatores:q2 veniet p̄fecto tēpus in quo r nr̄a virt⁹ omnib⁹:r eoꝝ reueleṫ hipocrysis. Verū qd̄ sequitur q̄ in tenebris dixistis:in lumine dicent̄. Et quod in aure locuti estis in cubiculis:p̄dicabit̄ in tectis. Nō solum in futuro quādo cūcta cordiū abscōdita p̄ferent̄ ad lucē: sed in p̄senti tēpore pōt congruēter accipi. Quoniā que in tenebris quōdam pressurarū: carcerūq3 vmbris vel locuti sunt vel passi apostoli:nūc clarificat ecclesia per orbem.

Recta eoꝝ acta publice p̄dicātur. Sane quod ait: p̄dicabūtur in tectis:iuxta morem prouintie palestine loquitur:vbi solent in tectis residere. Non enim tecta nostro more culminibus sublimata:sed plano scemate faciunt equalia. Unde lex precepit vt q nouam domum edificaret:murū tecti poneret in giro ne funderet ibi sanguis innoxius:labente aliquo et in preceps ruente. Et in tēpli constructione legimus. Texit quoq3 domum laquearibus cedrinis:et edificauit tabernaculum super omnem domum quinq3

cubitorū altitudine. Ergo ꝓdicabit᷑ in tectis cunctis palam au-
dientibus. Dico autē vobis amicis meis: ne terreamini ab iis q
occidunt corpus: ⁊ post hec non habent ampli⁹ quid faciant. Sic
persecutores sanctoꝝ occisis corporib⁹ nō habent amplius quid
contra illos agant. Ergo superuacue faciūt insani: q mortua mar
tyrū membra feris auibusq; discerpenda proiiciunt: vel in auras
extenuari vel in vndas solui vel per flāmas in cinerē faciunt redi
gi. Cum nequaq; omnipotentie dei ea resuscitādo viuificanti: ob
(sistere possint. Lu.

Timete eū q postquā occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Quia duo sunt genera pse-
cutorum. Unum palā seuientiū: alterū ficte fraudulenterq; blādi
entium. Contra vtrumq; nos munire atq; instruere volens salua
tor: ⁊ supra ad hipocrysim phariseorū attendere: ⁊ hic a carnificū
cede precepit non timere. Quia videlicet post mortem nec horum
crudelitas: nec illorū valet simulatio durare: dn̄m potius q semꝑ
manet videant esse placādum: dn̄m q semꝑ punire vel liberare po
test: intelligant esse timendū. Nonne quinq; passeres veneūt dis
pondio: ⁊ vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Si minu-
tissima inquit animalia et que quolibet modo per aera feruntur
volatilia de⁹ obliuisci nō potest: vos q ad imaginem facti estis cre
atoris non debetis terreri ab his q occidunt corpus. Quia q irra
tionabilia gubernat: rationabilia curare non desinit. Dispondi⁹
quo quinq; passeres veneunt idest venduntur genus est ponde-
ris leuissimi ex duobus assibus. Querit fortasse aliquis quomo-
do dicit apostolus. Nunquid de bobus cura est deo? Cum vtiq;
bos passere ꝓciosior existat. Sz aliud cura: aliud vero est sciētia.

¶ In natali sancti zoyli martyris.

Sanctus igitur zoylus cordube ciuita- Le. i.
tis ex preclaris parentibus originē ducēs flore iu
uentutis cum gloriosius educaretur: lapsum hu-
mane conditionis in futurū precauēs: sancte de-
uotionis in eius animo tam viriliter cepit rutilare
constantia: vt totius religiōis viros approbatos
eius sanctimonia transcendere videretur. Cum vero tyrannorum
rabies in xp̄ianos persequētiū acrius deseuiret: in supradicta ciui
tate quasi lilium inter spinas suaue redolens beatus zoyl⁹ reper
tus est: q nulla spe fruendi seculi delectans: martyrio coronari siti

bundo pectore constanter desiderabat. De superstitione christianitatis apud crudelem iudicem accusatus. Hunc sibi primit⁹ maluit presentari: credens si illũ torqueret cui⁹ insignia nobilitatis latere nõ poterant: facilius ad sacrificia minores inclinaret. Quẽ cũ vidisset: hactenus inqt frater charissime prauo consilio infantie tue primordia corrupta sunt qd etati tue infra annos adhuc posito parcẽdũ est ita vt deinceps impatorꝝ leges sanctas infirmare ne psumas ne tui generis nobilitas p te detrimẽtum patiatur.

Lec. ij.

Nam si nostris aquiesces consilijs digno stipatus honore preciosus palatio poteris residere. Nonne deorꝝ cultura nostros beauit maiores: quib⁹ etiã elemẽta subsistunt? Christiani autẽ (nescio quẽ) christum colentes: multis attriti miserijs alij patibulo sunt affixi: alij ligati stipitibus ꝛ sagittis vulnerati: alij lapidibus obruti: alij carcerib⁹ mãcipati: alij diuersis tormentorum generibus trucidati sunt: quia deorũ culturã irritam fecerũt. Et credimus quia per ignorãtiam errasti: quare satisfactionẽ tuam clementius suscipiendam decreuimus. Nõ enim est dignũ vt flos tue nobilitatis velut cuiusdam vilis ꝛ ignoti extermineẽ. Cui spiritus sancti plen⁹ dogmate beatus zoylus respõdit. Diu tibi prebui silentium tuas auscultans blanditias. Nunc vero qꝛ fides monet: prudentie tue respondere me iubeas. Quid mirũ si fideles ab infidelibus tormẽta pertulerũt: cum aut mũdi redẽptorem ignorantes damnare nõ timuerũt? Nam vt legitur si cognouissent dominum gratie non crucifixissent Lu.

Lectio. iij

Hodie idem suis iturus ad passionẽ discipulis: dñs dixit. Si me psecuti sunt: ꝛ vos persequẽtur. Unde memores apostoli cũ psequerẽtur: ibãt gaudẽtes a cõspectu ꝯcilij: qm̃ digni habiti sũt p noie iesu cõtumelias pati. Sic martyres ludibria ꝛ ꝟbera experti insup ꝛ vincula ꝛ carceres: lapidati sunt: tẽtati sunt i occisione gladij mortui sũt. Hi empti sunt de terra ꝛ lauerũt stolas suas i sãguine agni. Qui ꝟo verbis blassemis ꝛ idolorũ cultorib⁹ p hui⁹ vite fragili desiderio assentiũt spẽ future beatitudinis irrecupabiliter amittũt: apostolo testãte q ait. Si in hac vita tãtũ sperantes sumus: miserabiliores oibus sum⁹. Ad hec seu⁹ tyrãnus respondit Uobis nescio cui⁹ xpi sectã tenẽtib⁹ non verbis sed tormẽtis respõdẽdũ ẽ: qꝛ ita seducti estis qd vobis metipsis misereri nõ vultis Elige ergo qd tibi sanius senseris: aut honorifice nobiscũ viuere: si dijs sẽpiternis sacrificaueris: aut inhoneste cũ reprobis si re

gias fedaueris dignitates diuersis tormētis mori. Tu autem domine. Lectio.iiij.

Qualitale respōsum scūs reddidit heros. Quāto corp⁹ meū in tua modo īfirma potestate corrūpis:tāto gl'ia mea tua tormēta non pauescens:sublimi⁹ crescit. Dñs nobis in euāgelio pcepit dicens. Nolite timere eos q occidūt corp⁹:aīaʒ autē nō possūt occidere:sed poti⁹ eū timete q potest aīam ꝛ corpus perdere in gehēnā. Nā tormēta breui terminanda sunt. Gra aūt vbi tpa incipiet sine fine durare nemo fidelis qs nesciat? Tūc pses iubet illū flagellis affici in oī tormētoꝝ genere vt cū plus torqref plus xp̄ʒ cōfiteref in eo expedi. Cumqꝫ nec sic se pficere videret: ꝛ vt a bono sanctū martyrē posset reuocare pposito:amaricato fel le cōmotus vibratis in eū oculis stridens dentibus furibūdis laxatis habenis totis viribus in ei⁹ tormētis debacchaf. Deniqꝫ se victū sentiēs:iā oibus allatis penis cū qd ei faceret āplius excogitari non posset euaginato gladio:sanctū decollauit martyrē. Tu. Le.v.

O Sūma inuenis cōstantia q dū vici putaref fide,ptectus belli cosos viros inermis supauit. O omni laude dignissimū virū q adhuc in pmeuo iuuētutis flore posit⁹ nullis fractus oblectatio nib⁹:sʒ ppo sanguine suo migrauit ad dñʒ:p quē pminimis maxima:p terrenis celestia:pro caducis eterna se adepturū nō nesciuit:sicut scriptū est. Uincēti dabo edere de ligno vite qd ē in padyso dei mei. Uictoriosas beatissimoꝝ martyꝝ turbas:ꝛ innumeras sanctorum confessorum cateruas quas supnis coronatis cetibus credimus angelico collegio sociatas nulla mens hominū eoꝝ numinūa valet enarrare vel numerare:pro quoꝝ suffragijs vniuersa plebs hostis insidias superat:ꝛ caduca mortis corpora morborum varietate detenta:ac validis languoribus occupata:repēte sal⁹ incolumis sequitur:ꝛ egra illuuie iam depulsa sospitatis ad cumulū restaurātur. Unde nec atrocissime mortis eos rapina cernitur retinere:quoꝝ somnus potius dari credif ad quietē. A quibus ꝛ mortuis vita nō ceditur:ꝛ mestitiam patientib⁹ letitia perSEd ex his quantum (ennis affertur. Tu autē. Lec.vj. ad me pure relationis gl'iosa fama pduxit:ꝛ preclaris titulis sancta narratione scire non distulit:dignum puto sequentibus populis facili⁹ scriptū transmittere:quam rem veraci recordatione repertam silentio preterire. Ne dum tāti thesauri copiā celādo obtexim⁹ ingēti negligētia reos nos modis oib⁹ sentiam⁹. Igif

cum apud urbem romam beatissimi confessores torquatus secundus vidalentius: tisessonsus eufrasius: cecilius: et isitius a sanctis apostolis sacerdotium suscepissent et ad tradendam hispanie catholicam fidem que adhuc gentili errore detenta idolorum superstitione pallebat profecti fuissent: divino: gubernaculo comitante ad civitatem acitatam devenerunt. Qui cum procul ab urbe quasi stadia duodeci fatigatis artubus resedissent: ut membris que fuerant itineris prolixitate confecta paulisper indulgerent et sese amantibus in quo longeum iter attribuerat quiescendo reficerent: atque arrepto calle illassabiliter graderentur. Et licet membris corporis: quibus gestabantur viderentur attriti: erant tamen celesti auxilio et gratia spirituali firmati.

In vigilia apostolorum petri et pauli. Secundum Joannem.

In illo tempore: dixit simon petrus ad dominum iesum. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Omelia bede presbyteri. Lectio .i.

Disputaverat superius dominus contra divites huius seculi dicens. Facilius est camelum per foramen acus transire: quam divitem intrare in regnum celorum. Quod audientes apostoli et intelligentes quod non solum apud dominum divites habentur qui divitias possident: sed etiam illi qui eas habere desiderant: dixerunt. Domine quis poterit salvus esse? Sed beatus petrus pro se et pro omnibus discipulis respondens: dixit. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Tu autem. Lectio .ij.

Hec sancti euangelij lectio post apostolos illis specialiter congruit: qui cuncta mundi implicamenta pro amore divino postponere: et pauperiem communemque vitam in cenobijs eligunt ducere. Qui si quod agunt corpore mente quoque tenuerint: et ipsi cum petro apostolo dicere poterunt. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Quibus in verbis magna beati petri est animadvertenda dicendi fiducia. Piscator enim erat: dives non fuerat: victum manu et arte querebat: et tamen confidenter dicit: dimisimus omnia. Tu autem domine. Lectio .iij.

Licet enim pro christo pauperiem tenuemque substantiam: navim scilicet et retia tantum dimiserit: multa tamen immo omnia dimisit: qui voluntatem habendi deseruit. Sed quia non sufficit omnia reli-

quere:nisi enim quisq; dñm studeat seq: protinus adiūgit: et secuti sumus te. Quid nāq; est dñm sequi nisi imitari? Ac si diceret fecimus quod iussisti. Quid ergo dabis nobis pmij? Jesus autē dixit illis. Amen dico vobis: quod vos q secuti estis me. Quia nimirum multi reliquerūt sua: et tamē non secutur christum. Nempe et socrates philosophus et multi alij gentiliū cupiditate tēporali vel sapientie vel fauoris: diuitias cōtempserūt. Sedebitis sup sedes iudicantes duodecim tribus israel. Ex hoc dicimus dñm iesum christum cum suis discipulis genus humanū iudicaturum iuxta quod et isayas de ipso dicit. Dñs ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Nec vero putādum est duodecim solos homines genus humanum cū illo iudicaturos propter hoc quod dicit. Sedebitis super sedes duodecim: alioquin Paulus apostolus: qui plus ceteris laborauit: quid faciet: quoniam in loco iude mathiā duodecimum substitutū legim⁹. Ergo ille qui terti⁹ decimus est non erit cum illis duodecim ad iudiciū faciendū: et vbi est qđ ipse alibi dicit nescitis q2 angelos iudicabim⁹. Tu autem.

In die. Lectio .i.

Symon petr⁹ filius ioannis fratrer ādree: ort⁹ vico bethasayda puincie galilee: que est iuxta stagnū genesaret: cuius prima vocatio nominis fuit bar iona q interptat̄ filius colūbe. Idest spiritus sci petrus in christi ecclesia firmamētū est. Cephas corp⁹ xpi. Idest ecclie pricipat⁹ et caput ei⁹. Simō ioannis virginitatis generatio icorrupta ē. Qui dum circa ioānē habebatur terti⁹ iuxta matheū eligitur pmus. Nec immerito q2 apostolorū princeps est: et cōfessus est primus filium dei. Pastor humani gregis: petra ecclesie: claui cu lari⁹ regni: amator dñi atq; negator. Cōfitendo laudatus: pīumendo elect⁹: negando lapsus: lachrymando purificatus: confessione pbatus: passione coronatus. Cui nomē ex opere dat̄: titul⁹ ex merito potestatis imponitur. Qui etiā ob humilitatē docendā: caput desup tonderi instituit. Scripsit duas epistolas que canonice habentur quarū secunda a plerisq; eius negatur propter stili cum priore dissonantiam. Sed et euangelium iuxta marcum: qui auditor eius fuit scribitur. Hic in galatia: ponti: capadotia: bitynia: asia: atq; italia euangeliū pdicauit: atq; in his harū virtutū signis effulsit. Pendulo gressu

feruidum mare calcauit. Preteriens vmbra sua mortuos anima uit. Claudis pristinū reintegrauit officium. Tu autem. Lectio. ij.

Paraliticī fluida mēbra in ꝓprio reparauit statu. Inter hec de fūctam viduam suscitauit. Ananiā et saphiram reos perfidie mortis animaduersione dampnauit. Simonē magicis artibus celū etiā conscendentem: ad terrā elisit. Hic postquā antiochia funda uit ecclesiam: sub claudio cesare contra eundem simonē magū ro mā perrexit: ibiq3 pergens euangeliū christi predicando: viginti quinq3 annis eiusdem vrbis tenuit pōtificatū. Ubi ordinauit duos episcopos. linum et cletum: q̄ p̄sentialiter minister iū sacerdota le in vrbe romana populo et supuenientibus exhiberent. Ipse vero orationi et p̄dicationi operā dabat. Clementē vero post se papam ipse ordinauit: et xp̄ianis vt ei obedirent vt sibi impauit. Ipe igi tur neronis cesaris erant rome salutiferi doctores xp̄ianorum pe trus et paulus apostoli per quos dn̄i fides dn̄i nostri iesu xp̄i in om niū cresceret mentibus et religionis ꝓpagarētur augmenta: q3 essent sublimes operibus: et clari magisterio: ob virtutem diuine gratie: nero per symonem magū vehementer aduersari cepit apo stolis. Quia diuersis illusionibꝰ demonū ita magus cesaris ani mū obtinuerat: vt eum salutis sue presulem viteq3 custodem remo ta ambiguitate consideret. Tu autem. Lectio. iij.

Nam et bellorum victorias et subiectiones gentiū: et prosperita tem rerum se p eum in oībus habiturū esse credebat. Sed pe trus apostolus vanitates eius et flagitia vniuersa detexit: q3 veri tatis lux et verbi diuini claritas q̄ ob salutē hominū nup effulse rat: totius mendacij caliginem de humanis mentibus: discussis per apostolos ignorantie tenebris effugabat. Tunc simon magus veri luminis fulgore percussus per apostolos: ignorātie tenebris effugabat cecitatem continuo mal esane mentis incurrit: quippe q iam a iudea per apostolum petrum de his q̄ gerebat sceler ibus confutatus: trās marinā igressus fuerat fugā. Et cū i alijs terra rū partibus petri erat expertus potentiā: tādē puenie ns romā au sus ē se iactare q̄ posset mortuos suscitare. Ipso tēpore erat def functus qdā adolescens nobilis ꝓpinquus cesaris. Ubi cū mul ta turba populorū aduenisset: sciscitabant abinuicē si eēt aliqs q posset mortuū suscitare. Celeberrimꝰ tūc scilicet petrꝰ: in his opi bus habebatur. Sed q3 apud gentiles nulla huius firmabatur fi des: dolor tamen quis exigit inquirit remedium: perrectum ē ad

petrum. Fuerunt equidem qui etiam simonē accersiendum puta rent: ꝛ vtriq; affuerūt. Tunc petrꝰ ait ad eos: vt simon q de sua se iactabat potētia: si posset mortuū suscitaret. Si ille nequisset ꝛ sine ret defunctum: vt christus opem ferret defuncto. Simon vero q putabatur apud gentiles magne esse potentie: cōditionem inter posuit. Ut si ille mortuum suscitaret: petrus occideret: qui tante potestati verbis audacibus lacessendo irrogauisset iniuriā. Si ve ro illo nihil agente Petrus mortuū suscitasset magus simili sen tentie q̄ in apostolum data fuerat subiaceret. Lectio. iiij.

Talis cū esset interiecta conditio: gauisus est petrus. Excrsus est si mon et accessit ad lectulum defuncti. Incantare atq; murmu rare dira clam carmina vt cepit: visus ē circūstantibus caput agi tare defunctus. Clamor gentium ingēs attollitur: quod iam viue ret: quod iā cum simone loqretur. Mira indignatio in petrum eē omnium cepit eo quod esset ausus se tante potestati cōferre. Tūc sanctus petrus fieri silentium postulauit: ꝛ ait ad eos. Si viuit de functus loquatur. Si suscitatus est surgat ꝛ ambulet. Fabuletur fantasma hoc scitote: non veritatem esse quod cerniter: commo tum caput esse defuncti. deniq; inquit separetur magus a lectulo ꝛ ad plenum figmenta diaboli denudabuntur. Educitur simon a lectulo: sine vlla spe vite manet defunctus immobilis. Astitit pe trus a longe: ꝛ intra se orationi paulisper intentus: cū magna vo ce ait. Adolescens tibi dico surge. Sanet te dn̄s nr̄ iesus christus Et statim surrexit adolescēs ꝛ locutꝰ est: ꝛ ambulauit et dedit eū matri sue viuentem. Et tunc rogabatur: vt ab eo qui eum fecit ex mortuis resurgere: non discederet. Tu autem. Lectio. v.

In nomine iesu christi cuius nos serui sumus secura esto ma ter de filio: ꝛ ne verearis. Habet enim custodem suum. Et cum vellet populꝰ magum Simonem lapidare ait Petrus. Satis ē ad penam eius: quoniam agnoscit se in suis artibus superatum: vi uat: et regnum Christi crescere videat vel inuitus. Torquebatur magus: ꝛ apostolica percussus gloria discedit seseq; ad omnem ex citat carminum suorum potentiam. Congregat populum: offensū se dicit a galilea: relicturum se vrbem quam tueri soleret. Diē sta tuit: quo per volatū supnis se sedibꝰ iactari permitteret: vnde hēdū Quin etiā q̄ndo celū peteret cōscendēs: in sua potestate ꝯsisteret. Statuto die mōtē capitoliū ascēdit: ac se d̄ rupe eiiciēs volare cepit Quē mirari cepit ppl'us: ac venerari pleriq; dicētes dei eē potētiā

non hominis: ꝙ cum corpore volaret ad celum. Nihilꝫ tale xp̄m fecisse dicūt. Lectio. vj.

Tunc petrus in medio stans ait. Dn̄e iesu christe ostende virtutē tuam: ⁊ ne permittas his vanis artibus decipi populum: ꝗ tibi est crediturus. Sic decidat domine: vt viuens se cōtra tuam potētiam nihil potuisse cognoscat. Cumꝫ hec lachrymis orasset ait. Adiuro vos in noīe iesu xp̄i angeli sathane ꝗ eum fertis: vt dimittatis eū. Et statim ī voce petri dimissus a demonibus implicitis remigijs alarū quas sumpserat corruit. Nec statim exanimatꝰ: sꝫ totꝰ fractꝰ corꝑe: debilitatisꝫ cruribus post paruum horarū spatiū: ibi expirauit. Quod vbi neroni compertum ē deceptū se ac destitutū dolens: sublatumꝫ sibi virum vtilem ac necessarium rei publice: indignatus querere cepit causas: quibus petrū occideret. Et iam dies aderat: quo sancti vocarent̄ apostoli. Deniꝫ dato a nerone ꝑcepto: vt petrus comprehenderetur: sanctus apostolus rogabat ab omnibus: vt sese alio loco conferret. At ille resistebat dicens: nequaꝗ̄ se eē facturum: vt tāquam metu mortis fugeret territus: quippe cupiebat sibi ⁊ omnibus pro passione xp̄i mori: ⁊ immortalitatis gloriā adipisci. Cumꝫ hec ⁊ alia petrꝰ obtexeret: plebs lachrymans ne se relinqueret ne se imminētibus ꝓcellis christianorū despiceret precabantur. Tandē lachrymis victus populorū ac fletibꝰ acquieuit: promisitꝫ se vrbe egressurum. Proxima igitur nocte salutatis fratribus: celebrata oratione proficisci solus cepit. Ubi ventum est ad portam: vidit sibi xp̄m occurrere: ⁊ adorans eū ait. Domine quo vadis? Et dn̄s ad eū. Uenio romā iteꝝ crucifigi. Intellexit aūt petrꝰ de sua passione hoc dictū: in quo xp̄s passus eē videretur: quem pati constat in singulis: nō dolore corꝑis sꝫ misericordie cōtemplationis ⁊ pietatis affectu. Itaqꝫ petrꝰ reuersus intra vrbem romam: cū gaudio narrabat fratribus: quod ei obuiꝰ fuisset dominus iesus: ⁊ narrasset ei: quod in ipso esset iterum crucifigendus. Tu autem.

Secundū matheum.

In illo tp̄e: venit iesus in ꝑtes cesaree philippi: ⁊ interrogauit discipulos suos dicēs. Quē dicūt hoīes esse filiū hominis?

Omelia bede p̄sbyteri. Le. vij.

Philippꝰ iste ē fr̄ herodis de quo supra diximꝰ tetrarcha ithuree ⁊ traconitidis regionū qui in honorē thiberij cesaris: cesaream ꝗ̄ nūc paneas dicitur appellauit: ⁊ est in prouintia phenicis. Et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt hoīes esse filium hoīs. Nō ꝗ̄rit quē me

dicūt esse homīes sꝫ filiū hominis: ne iactāter de se q̄rere videref. Et nota q̄d vbicūqꝫ scriptū ē in veteri testamēto filiꝰ hominis in hebreo positū sit filiꝰ adā. Illudqꝫ q̄d in psalmo legimus: filij hominū vsquequo graui corde: ī hebreo dicif filij adam. Pulchre aūt interrogat: quē dicūt esse homines filiū hominis: q de filio hominis loquūf homines sunt: q vero diuinitatē eiꝰ ītelligūt nō homines sed dij appellāf. At illi dixerūt. Alij ioānē baptistaꝫ. Alij autē heliā: alij vero hieremiā: aut vnū ex ꝓphetis. Miror quosdā interpretes causas erroꝝ ingrere singulorū: et disputationem longissimam texere. Quare dominum nostrum iesum christuꝫ alij ioannem putauerunt. Alij heliam. Alij hieremiam: aut vnum ex prophetis cum errare potuerint in helya: et hieremia: quomodo errauit herodes in ioanne dicens: quē ego decollaui ioannem ipse surrexit a mortuis: et virtutes operantur in illo. Lec. viij.

Vos autē quē me esse dicitis? Respondit symon petrus: tu es christus filius dei viui. Prudēs lector attende: quod ex cōsequentibus textuqꝫ sermonis: apostoli nequaquam homines: sed dij appellantur. Cū enim dixisset: quem dicūt homines esse filiū hominis? Illis quia homines sunt humana opinātibus: vos qui dij estis: quem me existimatis? Petrus ex persona omnium apostolorum profitetur: tu es christus filius dei viui. Deum viuū appellat: ad comparationem deoꝝ eoꝝ qui putantur dij: sed mortui sunt: saturnum: iouē: cererē: liberū et cetera idoloꝝ portenta significans. Respodēs iesus dixit ei: Btūs es simō bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis: quod caro et sanguis reuelare non potuit. Idest doctrina humana: spiritus sancti gratia reuelatum est. Ergo ex cōfessione sortitur vocabulū quod reuelatiōe ex spiritu sancto habeat: cuiꝰ ꝛ filiꝰ appellādus sit. Siqdē bariona: in lingua nr̄a sonat filiꝰ colūbe. L. ix.

ALij simplicit̄ accipiūt q̄d simō. Idest petrꝰ filiꝰ sit ioānis: iuxta alteriꝰ loci interrogationē. Simō ioānis diligis me? Qui respōdit. Dn̄e tu scis. Et volūt scriptoꝝ dici vitio deprauatuꝫ vt pro bariotana. hoc est filiꝰ ioānis bariona scriptū sit: vna detracta sillaba. Iohāna aūt interpretaf dn̄i gr̄a. Utrūque aūt nomen mystice intelligi potest: q̄d ꝛ colūba spiritū sanctū: gr̄a dei donum significet spirituale. Illud quoqꝫ q̄d ait: q: caro et sanguis nō reuelauit tibi: apostolice narrationi cōparat in q̄ ait. Cōtinuo nō aqeui carni et sāguini. Carnē ibi ꝛ sanguinē dicit iudeos: vt his quo

qꝫ sub alio sensu demõstrat quod ei non per doctrinã phariseorũ sed per gratiã christus dei filius reuelatus sit. Quid ẽ qđ ait. Et ego dico tibi: quia tu es christus filius dei viui. Et ego dico tibi: nõ sermõe casso ꝛ nullũ habẽte opus: sꝫ dico tibi: quia meũ dixisse ꝛ fecisse ẽ.

Cõmemoratio sancti pauli. Lec. j.

Paulus q̃ ãtea saulus apostolus gẽtiũ aduocatus i terrã ꝓstratus: q oculatus cecidit: cecatus surrexit ex ꝑsecutore effectus ẽ vas electiõis: ꝛ ex lupo ouis. Int̃ apostolos vocatiõe nouissimus: ꝑdicatiõe ꝑmus. In lege gamalielis discipulus in lege xp̄i viuus. Cuius patria tarsũ fuit: iudea gentis đ tribu beniami. Hic secũdo post ascẽsionẽ dñi ãno baptizatus dignitatẽ meruit ap̄latus: atqꝫ plus omnibus laborãs: multo latius iter omnes ibi gratiã seminauit atqꝫ doctrinã euãgelij cũ sua ꝑdicatiõe cõpleuit. Incipiẽs enĩ ab hierosolymis vsqꝫ ad illicũ et italiã ꝛ hispaniã ꝓcessit: ac nomen xp̄i mãifestauit gẽtibus: quibus nõ fuerat đclaratũ. Cuius miracula ista esse cognoscũt. Raptus sursũ: tertiũ celũ cõscẽdit: dimersus deorsũ in ꝓfundũ nocte ꝛ die fuit. Seducẽtẽ phitõis spũm iperata discessiõe damnauit. Patrẽ publij a febribus orãdo sanauit: adolescenti mortuo vitalẽ reitegrauit spm. Cecitate pertulit magũ: claudo ꝓpriũ reformauit icessum. Diri quoqꝫ serpentis nec sensit nec horruit morsũ: sꝫ igni dedit arsurũ: non a mordente lesus. Lec. ij.

Ob amorẽ quoqꝫ christi multas passiones grauiaqꝫ tormenta sustinuit. In primis iudaicas ꝑsecutiones et gentiũ: miserias et laborẽ: famẽ: sitim: frigus et nuditatẽ: die nocteqꝫ profundũ Naufragia: ꝛ mille pericula: rabiẽ ferarum: et vulnera: carcerales tenebras ꝛ tormẽta catenarum: calores et vincula. Inter hec ligatus a iudeis traditus a gentilibus: lapidatus ad necẽ. In sporta per murum a fratribus dimissus virgis ceditur: penis artatur: in carcere vinctus: terremoto facto resoluitur. Scripsit aũt nouen ad septem ecclesias epistolas. Ad romanos vnam. Ad corinthios duas: ad galatas vnam: ad ephesios vnã: ad philipẽses vnã: ad colossenses vnã: ad tessalonicenses duas. Preterea ad discipulos suos thimotheum duas: titũ vnã: philomenẽ vnã. Epistola aũt q̃ fertur ad hebreos nõ eius creditur ꝓpter stili ꝭmonisqꝫ dissonãtiã: sed vel barnabe iuxta tertuliani: vel luce euangeliste iuxta quosdã vel clemẽtis romane ecclesie pape: quẽ dicũt sentẽtias pauli: ꝓprio ordinasse ser

mõe vł certe q2 paulꝰ scribebat ad hebreos: ⁊ ꝓpt̄ īuidiā sui apõ eos nomis titulū ī ꝑncipio salutatiōis āputauerat. Scripserat aūt vt hebreꝰ hebrayce idest suo eloqo disertissime: ⁊ ea q̄ eloquēt̄ scripta fuerāt in hebreo: eloquētiꝰ v̄tisse ī grecū dicit̄: ⁊ hāc eē causā qđ a ceteris pauli apl̄i discrepare videat̄. Eiꝰ itaqȝ eē nō alteriꝰ tota eccl̄ia iā firmissime tenet. Legūt qdā ⁊ ad laodicēses sȝ ab oībꝰ (explodit̄.

C. iij.

CUm venisset romā lucas a galacia ⁊ titꝰ a dalmacia expectauerūt paulū in vrbe. Quos cū adueniens paulꝰ īuenisset letatꝰ ē valde: ⁊ cōclusit sibi extra vrbē horreū vbi cū his v̄bū vite tractaret. Cepit itere a colligere m̄ltitudinē maximā. Adiscieb āt̄ ꝑ eū fidei multe aīe operāte grā dei: ita vt ꝑ totā vrbē sonꝰ ꝑdicatiōis ⁊ scitatis ipiꝰ fieret: ⁊ exiret fama ꝑ vniuersā regionē đ illo. Jam enī admodū innotuerat vrbi romāe: signis et ꝓdigijs et doctrina multa atqȝ mirabili sanctitate: cōcursus quoqȝ multus de domo cesaris fiebat ad eū credētiū in dominū iesum christum: et augmentabatur quotidie fidelibus gaudium magnū et exultatio. Sed et instructor imperatoris adeo illi est amicicia copulatus vidēs in eo diuinam scientiā: vt se a colloquio illiꝰ tēperare vix posset: quatenus si ore ad os illum loqui non valeret: freq̄ntius datis et acceptis epistolis ipsiꝰ dulcedine ⁊ amicabili collogo atqȝ cōsilio frueret̄: et sic eius doctrina agente spiritu sancto multiplicabat̄ et amabat̄: vt licite iā doceret: et a multis libentissime audiret̄. Disputabat siquidē cū ethnicoꝝ philosophis: et deuincebat eos. Unde et plurimi eius magisterio manꝰ dabāt. Nam et scripta illius qdā magister cesaris corā eo relegit: et ī cūctis admirabilē reddidit. Senatꝰ etiā de illo alta nō mediocriter sētiebat

C. iiij

QUadā đuiqȝ die cū paulꝰ doctrīe infuiēs: circa vespe (rā ī cenaclo altiori turbas alloq̄ret̄: qdā patroclꝰ delitiosus ⁊ picerna regis ipiꝰ se subducēs aspectibꝰ: abijt ad horreū vbi paulꝰ hospitabat̄: documēta vite ꝑpetue auditurꝰ. Jnuitatꝰ enim ad hoc ⁊ aīo ductꝰ iā fuerat a ꝯsodalibꝰ suis ⁊ cesaris amicissimis: q eiꝰ familiari obseqo pauli mōita sectabāt̄. Sȝ cū ꝑ multitudīe populi ad eū ītroire nō posset: ascēdit ad fenestrā excelsiorē: ⁊ securꝰ ī ea sedit: vt v̄bū dei comodiꝰ posset audire. desiderabat nāqȝ feruēti aīo: pauli s̄mōe r̄fici. Sȝ cū paulꝰ ī lōgū ꝓtraxisset s̄monē ⁊ iuuenis sōno fatigaret̄: diaboli maligni īuidia dolēs sup dilectionē v̄bi dei: ⁊ ipiꝰ apl̄i quā studiosꝰ adolescēs hēbat fecit iuuenē paululū dormitare. cadēsqȝ đ fenestra sat excelsa: spm̄ exalauit. q cū

mox neroni reuertenti a balneo fuisset nũciatum: q multũ frequẽtia dilectum sibi iuuenem requirebat: cõtristat⁹ est vsq₃ ad animã super mortem patrocli: statuitq₃ aliũ ꝓ eo ad vini officiũ: vt ei porrigeret poculũ. Paul⁹ vero stati cognosceus quod gestum erat per spiritum: dixit ad plebẽ. Uiri fratres: inuenit locũ malignus vt nos tentaret: sed dominus iesus christus more solito eius negtiã cõterẽs cõuertet ad gloriã suã. Jte igit̃ foras et inenietis iuuenem cesaris delicatũ ex alto cecidisse: etiam nunc iacere exanime. Quẽ leuantes ad me hunc afferre satagite. Jlli vero concito gradu pergentes confestim iuuenem mortuum attulerunt. Mirabantur autem turbe quomodo paulus rem gestam ex ordine cognouisset sibi nemine nunciãte. Dixit itaq₃ paul⁹ ad turbas. Nũc fides vestra patebit erga dominum iesum christum. Tempus est enim vt semen vite eterne in bonam terram deueniens: centuplica (tione fructificet. Lec. v.

Accedite ꝗ plẽa fide ad dñm deum nostrũ: deprecemur illũ vt restituatur aĩa ei⁹ i istud iuuenile cadauer: viuatq₃ meli⁹ quã₃ dicit̃ vixisse. Et cũ igemuissent vniuersi ꝓcũbẽtes oratiõi: ait paul⁹. adolescẽs patrocle: surge: et narra mihi q̃nta tibi fecerit deus. Ad q̃m vocẽ mox patrocl⁹ tãq₃ a somno surrexit ⁊ cepit gl'ificare deũ q dedit potestatẽ talẽ hoib⁹. Nero aũt cũ audisset patroclũ eẽ d̃functũ multũ ɔtristat⁹ ẽ: ⁊ mittẽs apparitores suos: iussit cõphẽdi apostolũ. Qui cũ adduct⁹ esset: arguebat in multis neronem: et magna fiducia loq̃batur de christo. Cumq₃ verbis eius non posset resistere nero: dixit militibus suis. Tollite hunc maleficum et auferte celerius ab illo caput. His dictis ductus est paulus ad supplicium. Lectio. vj.

Cum autem adduceretur: obuiauit cuidã matrõe nomine plãtille: que credebat in christum. Que videns trahi apostolum ad mortem: cepit flere. Paul⁹ autem cõfortãs eam dixit. Plantilla accomoda mihi pannũ quo tegis caput: et expecta me donec reuertar ad te: et restituam tibi beneficium. Ligabo enim mihi caput vice sudarij. His dictis: peruenit ad passionis locum. Ubi ad orietem versus: tensis in celum manibus diutissime cum lachrymis orauit hebraice. Et valedicens fratribus: benedixit eis. Ligans autẽ sibi oculos de plantille panno: collum tetendit. Spiculator vero in altum brachium eleuans cum virtute percussit: et caput abscidit. Quod postquam a corpore abscisum fuit: nomen domini nostri iesu christi clara voce hebraice personuit. Statimq₃ d̃

corpore eius vnda lactis in veſtimenta militis exiliuit et poſtea ſanguis effluxit. Stola vero qua ſibi ligauerat oculos: cum eam quidā vellet rapere: non comparuit. Reuertentes vero ſpiculatores: irridebant plantillam. Quibus illa oſtendit pānum perfuſum ſanguine: narrans eis: quia vere apparuiſſet ei paulus. Spiculatores vero nimio timore correpti ſunt: nunciantes neroni que audierant. Sepultus eſt via oſtienſi anno poſt paſſionem domini triceſimo ſeptimo. Hic de tribu beniamin et oppido iude diſcaſcolus fuit: qui a romanis captus cum parentibus ſuis tharſum cilicie commigrauit. A quibus ob ſtudium legiſ miſſus hieroſolymā a gamaliele viro doctiſſimo eruditꝰ eſt. Cū autem interfuiſſet neci martyris ſtephani: et acceptis epiſtolis a pōtifice tēpli ad perſequēdos eos ꝗ chriſtū crediderāt damaſcū ꝓgens reuelatione cōpulſus: ad fidē in vas electionis de perſecutore trāſlatꝰ eſt. Cūqꝫ primū ad predicationē eiꝰ ſergius paulꝰ ꝓconſul cypri credidiſſet ab eo quod eum chriſti fidei ſubegerit ſortitus eſt nomen.

In natale proceſſi et martiniani martyrum.

Lectio .j.

Natale ſanctoꝝ ꝓceſſi et martiniani. Qui cū eſſent magiſtri amelli pͥncipis: et viderēt mirabilia que faciebat per beatos apoſtolos ſuos petrū et paulum dominꝰ ieſus chriſtus: mirari ceperūt. Erant autē tūc tēporis beatiſſimi apoſtoli traditi paulino viro clariſſimo ſub cuſtodia mamurtini in mōte cāpeio. Ubi de mōte ſuis orationibꝰ aquā manare fecerūt. Tūc baptizati ſunt proceſus et martinianus a beato petro apoſtolo: et alij promiſcui ſexus: numero quadraginta ſeptē. Quod cū nūciatum eſſet paulino: eo qꝺ proceſſus et martinianꝰ magiſtri amelli chriſtiani effecti eſſent: miſit milites: ⁊ tenuit eos iuſſitqꝫ in cuſtodia retrudi. Sequēti die educti: cum conſtantiſſime chriſtum faterentur: iuſſit paulinus vt cum lapide os eorū contunderetur. Sed illi gloria in excelſis deo dicebant. Tu autem.

Lectio .ij.

Allata eſt tripoda: ſupra quam iouis ſedebat ſimulacrū aureum. Qꝺ cū viderēt riſum faciētes: expuerūt in illud et in tripodā. Juſſi ſunt ergo in eculeo ſuſpēdi: et attrahi neruis ⁊ cedi fuſtibus. Juſſum eſt etiā vt flāme ponerētur circa latera eorū. Erat autem illic matrona nobiliſſima nomine lucina ꝗ cōfortabat eos

dicēs. Milites christi estote: et nolite metuere penas que ad tempus sunt. Iterū apprehēsi in eculeo a militibus cesi sunt scorpionibus. Iterūqз retrusi sunt in custodiam: vbi venerabilis femina lucina ministrabat eis. Tu. Lec. iij.

Post triduū paulin⁹ arrept⁹ a demōio: expirauit. Cesari⁹ vero pfectus: hoc neroni intimauit. Cui nero precepit dicens. Nō tardentur: sed celerius extinguantur. Tunc educti foras muros vrbis rome in via que aurelia nūcupatur: gladio cesi sunt. Corpora quoqз eorū: beatissima lucina collegit: et cum aromatibus preciosis sepeliuit in templo suo: in arenario iuxta locum vbi decollati sunt sub die sexto nonas iulij.

Trāslatio sancti martini. Lec. j.

Operepreciū ē enim: etiam illud inserere lectioni qualiter sanctum martini corpusculū in loco vbi nunc honoratur fuerit angelo annuente trāslatum. Anno sexagesimo quarto post transitum gloriosi martini: beatus perpetu⁹ turonice sedis cathedre sortitus est dignitatem. Adeptusqз hūc apicem cum magno votorum consensu: fundamēta templi ampliora quam fuerant supra beata membra locare disposuit. Quod sagaci insistens studio mirifice mandauit effectui. De qua fabrica multum quod loq̄remur erat: sed quia presens est conticere inde melius putauimus. Tu autem. Lec. ij.

Aduenīente ergo optato tēpore sacerdoti sancto vt tēplū dedicaretur: et sanctū corpusculū i loco vbi sepultū fuerat trāsferret: cōuocauit beat⁹ perpetu⁹ ad diē festū vicinos pōtifices: ꝛ abbatū ac diuersoꝝ clericoꝝ nō minimā multitudinē. Et qꝛ hoc i kalendis iulij agere volebat: vigilata vna nocte: facto mane accepto sarculo: terrā q̄ sup sanctū erat tumulū ceperūt effodere. Quo detecto: man⁹ vt illud cōmouerēt inijciūt. Ibiqз multitudo tota laborās: nihil prorsus p totā diē pfecit. Vigilata deniqз alia nocte: mane tētātes iterū nihil omnino agere potuerūt. Tūc conturbati atqз exterriti: qd facerēt nesciebāt. Dicit enī vn⁹ ex clericis. Scitis qꝛ post hoc triduū: null⁹ episcopat⁹ eis esse ꝯsueuerat. Et forsitā in hac die noctuqз insistētes: triduū illud ꝯtinuatione duxerūt Quarta aūt die accedētes ponētesqз man⁹: nō valebāt pēit⁹ mouere sepulchrū. Pauore aūt omnes exterriti iā i hoc stātes: vt ter

ra vasculũ qđ detexerant operiret: apparuit eis veneranda canicie senex: instar niuis cãdorẽ efferens: dicẽs se esse abbatẽ: et ait eis Usq̃quo cõturbamini et tardatis: nõ videtis dominũ martinũ stãtẽ vobis iuuare patũ: si manus apponitis? Lec.iij.

Qui ergo locutus fuerat moyſi: locutus eſt ⁊ ap'lis: ⁊ in cordibus diſcipl'oꝝ velox ſcribētꝫ ꝯbi mun⁹: noui teſtamēti decreta condebat. Nulla vt quōdā circūfuſa nubiū craſſitudie: neq̄ p terribiles ſonos: atq̄ fulgores pp'lo ab aſcēſu mōt' abſtento: ſ3 patēte ad aures circūſtātiū trāqlitate colloqui: vt p gr̄e lenitatē remoueret legis aſpitas: ⁊ ſpū adoptionis auferret fortitudinē ſeruitutꝫ. Qualis igit doctria ſit xp̄i: ſacre ipī⁹ ſnie ꝓteſtant: vt q ad eternam beatitudinē puenire deſiderāt: grad⁹ feliciſſime aſcenſionis agnoſcant

(Btī īqt paupes ſpū: qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Le. ix.

De q̄b⁹ ꝯitas paupib⁹ loq̄ret: forte eēt ambiguū: ſi dicens btī paupes nihil adderet de intelligēda paupum q̄litate: ⁊ ſufficere vl

deret ad promerendum regnum celorum: ea sola inopia: quam multi sub dura et graui necessitate patiuntur. Sed cum ait beati pauperes spiritu ondit eis regnum celorum tribuendum: quos vtilitas commendat animarum: magis quam indigentia facultatum. Dubitari autem non potest: quod humilitatis istius bonum facilius pauperes quam diuites assequuntur: quod illis in tenuitate amica est mansuetudo: et istis in diuitijs familiaris elatio. Uerumtamen et in plerisque diuitibus inuenitur hic animus quo abundantia sua non ad tumorem superbie: sed ad opa benignitatis vtantur. Ideoque pro lucris maximis numerat: quod ad repellendam miseriam alicuius laboris impenderit. Omni generationi atque ordini hominum datur in hac virtute consortium: quia possunt esse proposito pauperes: et non pauperes censu. Nec interest quantum sint in terrena facultate dissimiles: qui in spiritualibus bonis inueniantur equales.

In natale sanctorum cosme

et damiani. Le.i

a

Pud egeam ciuitatem natis sanctorum cosme et damiani: sub persecutione diocletiani: sub preside lisia: hi venerabili matre geniti: sacris litteris eruditi: professione artis medicine virtutibus medici erant clarissimi. Hoc autem religionem audiens preses lisias: misit apparitores qui eos adducerent. Quos sapienter interrogauit ex qua prouincia: aut quod esset nomina eorum: beatus cosmas et damianus responderunt ei. Ex arabia sumus. Nomina nostra: cosmas et damianus: xpiani sumus. Sunt nobis et alij fratres: antimus: leontius: et euprepius. Quos tentos ab officio iussit sibi presentari preses: et cepit agere vt sacrificarent. Et cum nulla ratione fundatos animos eorum super petram xpi mouere posset: manibus victos iussit eos fortiter torqueri. Deinde sic erant catenati: iussit in mare mergi. Quibus statim angelus domini affuit: et disruptis vinculis ex pelago liberauit. Le.ii

H

Oc videntes milites: renunciauerunt presidi. Ille mox eis ad se reductis: docete inquit: maleficia vestra: et ego sequar vos: communicans opibus vestris. Sancti autem responderunt. Christiani sumus: maleficia nescimus: et in xpi nomine maleficiorum virtutem contemnimus. Recepti sunt in bene preside in carcere. Et sequenti die proconsul sedens pro tribunali. Fecit ignem copiosum parari: et beatos martyres de carcere productos in medio dari. Sed orantibus sanctis: ignis virtutem suam amisit. Stupefactus preses: et qui circa martyres dei peruenerant magicis artibus designans: suspendi et torqueri eos iterum iubet. Sed cum grato et hilari vultu in superioribus tormentis perstitissent: paratis crucibus impius proconsul: gloriosos martyres suspendi atque extendi iubet et lapidibus in cruce leuatos persequi. Sed cum ictus lapidum in iacientes retorquerentur: preses furore succensus sagittis eos iussit aggredi: vt saltem leuiori volatu ferrum in eis figeretur. Le.iij

VErum cū hinc in aliquo sanctos nō lesissent: plurimi mittentiū ac circūstantiū vulneribꝰ eoꝝ defecerūt. Cernēs itaqꝫ preses maliciam suaz diuina virtute superari: gladio animaduerti illos iubet. Martyrizati sunt aūt cosmas et damianꝰ: antimꝰ: leōtius: et euprepius: vicesimo septimo die mēsis septembris. Quoꝝ corpora religiosi viri sepelierūt in loco venerabili: nō lōge a ciuitate egea. Duoꝝ aūt fratrū cosme ⁊ damiani memoriā roma etiam tēplo preclari operis nomine eoꝝ edificato solenniter agit.

In natale sanctoꝝ fausti ⁊ ianuarij

IN diebꝰ illis: cū eugenꝰ pses (martyrū. Lec. j. cordubam aduenisset: beatissimi martyres faustus ianuarius: et martialis: sic ceperunt loqui ad eum. Quid tibi eugeni impie: dei seruis magis inuidere quā credere? Tunc eugenꝰ furore repletus: sic dixit: homines infelices: quid vos esse vultis? Faustus dixit. Christiani xpm fatentes. Dominꝰ vnus est: ꝑ quē omnia et nos ꝑ ipm. Eugenꝰ dixit vnde est vobis hec tā desperata societas? Faustus dixit. Desperatio nō ē nisi in te solo: qui deuz negare nos cogis. Hoc cū diceret faustus: dixit preses. Imponite faustum in eculeo: qui tā irreuerent respōdit. Januarꝰ fausto dixit. Digne charissime ꝓ nobis hoc pateris: qui meritis peccatoꝝ nr̄oꝝ te socium esse voluisti. Faustꝰ dixit. Societas nostra mā̄sit semper. Eugenius dixit. Que ē ista nūc allocutio: qꝺ tam ipie cepistis ābo respōdere. Januariꝰ dixit. Nobis ꝯfessio xpi: nulla est ipietas. Eugenꝰ ad martialē sic ait. Video dementiā animi istoꝝ: ꝙ sic te in societate collegerūt. Noli istis impijs et maleficis te credere. Lec. ij.

MArtialis dixit. Deꝰ solꝰ imortalis: q fecit celū ⁊ terrā: ipe te puniat. Eugenꝰ dixit. Et hic iponatᷣ i eculeo. Cūqꝫ factū fuisset: martialis dixit. O btā imortalitas gl'ie xpi: ꝙ nos tibi frater fauste sociasti. Eugenꝰ dixit. Torqte eos: donec adorent deos nr̄os. Cūqꝫ fieret: faustꝰ dixit. Difficile ē tibi et patri tuo diabolo: nos a paternis legibꝰ ad moralitatē tuā ꝯuerti. Eugenꝰ dixit. Abscindantᷣ ei auricule ⁊ nares: supcilia quoqꝫ radātᷣ: ⁊ dētes superiores extrahātᷣ. Cūqꝫ factū fuisset: faustꝰ gratias egit deo hilaris factꝰ. Eugenius ianuario dixit. Vides ianuari: quanta tormenta perpessus fuerit faustus: dum in impia voce perdurat? Januarius dixit. Impietas ista in me maneat: et vinculū charitatis eius. Lec. iij.

Eugeni⁹ dixit auferant̄ ⁊ huic q̄ illi p̄cepi. Cūq₃ fieret: eugeni⁹ dixit ad marcialē. Uides martialis demētiā sociop tuop:⁊ q̄ illis mala venerūt: Tu itaq₃ cōsule tibi: et disiunge te ab illop mala volūtate. Martialis dixit. Cōsolatio mea ip̄e ē: quez ip̄i gaudētes magna voce testā̄t Jdcoq₃ ɔfitēd⁹ ⁊ laudād⁹ ē deus: pat̄ ⁊ filius: ⁊ spirit⁹ sāct⁹. Tūc eugeni⁹ furore nimio accēsus: iussit eos igne cōburi. Cūq₃ ducti fuissent: sic vno spū plebē xp̄i alloq̄ ceperūt dicētes. Uos charissimi nolite credere huic inimico diabolo: cui⁹ tempus ē. Sȝ ɔgnoscite vos ad dei imaginē ⁊ similitudinē ei⁹ eē factos. Illū adorate: et illū benedicite: q̄ est factor omniū. Nō vt isti dicūt adoretis opa manuū ipsop. Quoniā ligna: ⁊ petra: aurū et argētū: opera manuū hominū sūt. Uos ɔtēnentes hui⁹ iniuriā: ⁊ cōsiderētes ihū xp̄o soli deo sine cessatiōe quotidie referte laudes. Et cū ducerēt eos lictores p̄ quorū man⁹ fuerāt cruciati: ceperūt eos igni compellere. Simulq₃ traditi igni: exultātes tradiderūt spiritum.

In festiuitate sancti michaelis. Le. j

In monte gargano: venerabilis memoria beati archāgeli michaelis: vbi ip̄ius cōsecrata noīe habetur eccl̄ia: visi facta scemate: sȝ celesti p̄dita v̄tute. Uertice siq̄dē mōtis excelsi posita de corpe eiusdē saxi spelūce ad instar p̄canara ostēdit̄. Est aūt loc⁹ in cāpanie finib⁹: vbi inter sinū adriaticū ⁊ mōtem garganū: ciuitas sipōtus posita est. Qui a menib⁹ ciuitatis duodecī miliarib⁹ p̄rept⁹: i cacumine sup̄ in toto orbe venerādā gestat ecclesiā: q̄ hoc modo mortalib⁹ cognita est. Quidā p̄diues noīe gargan⁹: q̄ ex euētu suo mōti vocabulū indidit: īfinita pecop m̄ltitudine pollebat. Cōtigit aūt taurū armētici gregis ɔsortia spernētē: singularē icedere solitū: ⁊ ad extremū redeūtib⁹ pecorib⁹ domū nō reuerti. Quē dn̄s p̄ deuia queq₃ regrēs: iuenit tādē i vertice mōtis: p̄ forib⁹ cuiusdā assistere spelūce. Quē cū sagitta appetisset: illa velut flamine venti retorta: eū a quo iactata ē mox reuersa p̄cussit. Le. ij.

Turbati ciues ⁊ stupefacti: q̄l̄r res fuisset effecta: nō eni p̄pius accedere audebāt: ɔsulūt episcopū: q̄d facto op⁹ sit. Qui indicto triduano ieiunio: a deo mōuit eē q̄rēdū. Quo pacto scūs archāgel⁹ michael appuit ep̄o: per visionē dicēs. Ego sū archāgelus michael: q̄ i ɔ̄spectu dei semp assisto: ip̄i⁹ loci eē me custodē atq₃ oīuȝ q̄ ibi gerūt̄ i̅spectorē: hoc volui indicio p̄bari: his reuelatiōe comp̄

tis cõsuetudinē fecerūt ciues. Hic deū pcib⁹ sanctūq3 intercessorē poscere michaelē. Duas qdē iānuas ibi cernētes: quaꝝ australis q̄ et maior erat: aliquot gradib⁹ i occasū vgētib⁹ adiri poterat. Sed vltra criptā intrare nō ausi: p forib⁹ quotidie orōni vacabāt. L. iij.

Interea neapolite benauētāos bello lacessere tētāt. Quiātisti tis sui monitis edocti: triduanū ieiuniū agūt. Et ecce nocte ipsa que belli pcesserat diē: idē in visione scūs michael appēs antistiti: pces dixit eoꝝ exauditas. Spōdet victoriā. seq3 eis affuturū: quod mox verū facto demonstrat. Demū victores reuersi vota dño gratiaꝝ ad tēplū festināt referre. Videtq3 mane iuxta ianuaꝝ septētrionalē instar posterule pusillē q̄si hominis vestigia marmori arti⁹ impressa. Agnoscūtq3 btm̄ michaelē p̄sentie sue hoc signum voluisse mōstrare. Ubi postea culmē appositū ⁊ altare suppositū: ipsa ecclesia ob signa vestigioꝝ oppodonia est vocata. Et postmodū collatione facta: si pontini ad orietalem ptē loci illi⁹ beati petri apostoloꝝ

Lerū romano pontifi (principis nole ↄdūt ecclesiā. Lec. iiij. ce: ⁊ sipōtino epo de cōsecratiōe loci ipi⁹ q̄retib⁹: ac ppterea triduanū ieiuniū cū omnib⁹ suis celebrātib⁹ nocte ieiunij suppma: sāctus michael epō sipōtino per visionē appēs monuit vt intrarēt in ecclesiā: quā ipe dedicauit et missas iuxta morem ibi ageret. Meū inquit erit ostēdere qd per memetipm locū cōsecrauerim. Adueniunt mane: cū oblationib⁹ ac magna instātia pcū intrant regiā australē. Et ecce lōga portic⁹ in aqlonē porrecta: atq3 illā attingēs posterula extra quā vestigia in marmore dixim⁹ impssa. Sed pusquā huc peruenirēt: apparet ab oriēte basilica pgrandis: ad quā p grad⁹ ascēditur. Hoc cum ipsa porticu sua quigētos fere hoīes capere videt.

Altare etiā venerandū rubeoq3 cooptū palliolo: pro (Lec. v. pe mediū parietis meridiani ostendit. Erat aūt ipa dom⁹ angulosa: nō in morē operis humani parietibus erectis: sed instar speluncē pruptis et ceteris eminētibus separata scropulis culmine quoq3 petroso diuerse altitudinis: qd hic vtice tāgi: al ibi māu vix possit attigi. Credo docēte archāgelo: domū nō aūt ornatā lapidib⁹. Null⁹ aūt huc nocturno tempore ausus est ingredi: sed aurora trāsacta ma

Ex ipo aūt saxo (tutinos ibidē decātāt hymnos. Lec. vj. quo sacra ↄtegit' edes: ad aqlōis altare dulcis ⁊ nimiū lucida guttati aq̄ dilabit': quā icole stillā vocāt ob hoc: ⁊ vitreū vas: eius dē receptui ē pparatū. Deniq3 nō nulli p lōgas febriū flāmas: hac hausta stilla: celeri ↄfesti refrigerio potiūt' salutis. Jnnūeris quoq3

⁊ aliis morbis ibi crebre sanātur egroti: ⁊ m̄lta q̄ angelice tantū illic licz geri miracula cō pbāt. Sz nō m̄lto post: rome venerabilis etiā bonifa cius pōtifex: ecclesiā sctī michaelis noīe ↄstructā dedicauit i summita te circi: criptam miro ope aptissime porrectā. Un̄ ⁊ idē locus i sūmita te sui cōtinens ecclesiā: inter nubes sitas vocatur. Scdm matheum.

In illo tpe: Accesserūt discipli ad dn̄m ihm dicentes. Quis putas maior ē in regno celoꝝ. Omelia btī maximini episcopi de eadē

Qui diligēt audistis euangelica dicta intel (lectione. Lec. vij. ligere potestis: q̄ ministris ac sacerdotibus dei reuerētia debeatur: vt q̄ ipsos clericos iuuē se oporteat puenire. Ait eni dn̄s pcūtātibus discipulis: qs eoꝝ i regno celoꝝ maior eēt futurus: statuto coraz oibus puerculo ait. Quicūq̄ g̃ humiliauerit se sic puulus iste. hic maior erit i regno celoꝝ. Un̄ itelligim̄ qd humilitate puenit in celum. Et aduocās ihus puulū: statuit eū i medio eoꝝ: vt simpliciter puulū quēdā dn̄s in medio discipłoꝝ statuit: vt eis exēplū inocētie dmonstraret. Uel etiā puulū .i. semetipm i medio statuit: q cū eēt magnus ⁊ deus: factus ē paup ⁊ egenus: vt nos sua paupertate ditaret. Amen dico vobis: nisi cōuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut puuli: hoc ē nisi eandē innocētiā quā iste puer fuat p ānos: vos fuaueritis p industriā nō

Quicūq̄ humiliauerit (eritis apti ad regnū celoꝝ. Lec. viij. se sicut puulus iste hic maior est in regno celoꝝ. Sicut hic paruulus videns pulchrā mulierē nō cōcupiscit: nō aliena ambit: nō lesus meminit: non irascitur. Sic nisi vos studueritis p mores fuare: qd iste habet p naturā nō itrabitis i regnū celoꝝ. Quicūq̄ g̃ humiliauerit se sic puulus iste. i. q cūq̄ se hūiliauerit ad exēplū mei: q cū essez deus suꝝ obediēs vsq̄ ad mortē. hic ē maior i regno celoꝝ. hoc ē i pfēti ecclia. Qui suscipit vnū puulū talē i noīe meo: me suscipit. qui talē se exhibuerit: vt xp̄i inocētiā imitetur: i eo xp̄s suscipietur. Un̄ ⁊ dominus dixit. qui susceprit vnū puulū talē i noīe meo: me suscipit: talē q̄lis ego sū imitatorē mei. Et caute dn̄s dixit. Qui talē puulū suscepit. i noīe meo me suscipit: ne videlicz apl̄i cū eis honor ↄferretur: p suis meritis ⁊ p suo honore estimarēt sibi ab hoībus eē honorē colla

Quisqs g̃ cupit diuitat̄ terre vestigia: hūilitatē ima se(tū. Lec. ix. ctetur: q cūq̄ vult fratrē puenire regnando pus illum pueiat obsequendo. Sicut ait apostolus. honore inuicem preuenientes. Uincat eum officiis: vt possit vincere sanctitate. Si eniz te non lesit fratris obsequium: meretur vt eum diligas. Qd si lesit meretur vt vincas: hoc eni nostre xp̄ianitatis summa ē: vt amantibus vicissitudinē ledentibus patientiam rependamus. Qui ergo fuerit patiētior ad in

furiã potētior cõstituet̃ in regno. Nõ eni ad impiũ celoꝝ pueniť su
ꝑbia: diuitijs: ꝑfectura: sꝫ hũilitate: paupꝭe: lenitate. Arta eni ⁊ ãgu
sta via ẽ: q̃ ducit ad regnũ. Quisq̃ ergo honoribus inflat⁹ fuerit:
aut auri thesauris dilatat⁹: tãq̃ꝫ onustum ⁊ ĩpeditũ aĩal ꝑ angustũ
regni iter trãsire nõ poterit. Simul etiã vt se estimat ꝑuenire: sarci
nã ei⁹ exigua porta nõ capiẽs repcussus limine retrorsũ redire co-
getur. Tã eni angusta est diuiti porta celestis: q̃ꝫ est camelo ac⁹ fora
mẽ exiguũ. Uñ ait dñs facili⁹ est camelũ ꝑ foramẽ ac⁹ trãsire: q̃ꝫ di-
uitem intrare in regnũ celorũ. Sicut eni camelũ aĩal tortuosũ atq̃ꝫ
deforme exigua cauerna ꝑterire nõ patiť: ita ⁊ diuitẽ auarũ atq̃ꝫ mẽ
dacẽ arta celi ianua minime intrare ꝑmittit. Naꝫ ideo nudi in sc̃lo
nascimur: nudi etiã accedim⁹ ad lauacrũ: vt nudi quoq̃ꝫ ⁊ expediti
ad celi ianuã ꝑperem⁹. Quã ãt incõgruũ ⁊ absurdũ ẽ: vt q̃ nẽ nudũ
mr̃ genuit nudũ eccl'ia suscepit diues intrare velit in celũ. Propte
rea adolescẽti illi diuiti in euãgelio a saluatore diciť: qui sibi iustus
videbať ⁊ scũs: ⁊ oĩa mãdata legis cõplesse. Si vis ꝑfectus ẽẽ: vẽ-
de oĩa tua ⁊ da paupib⁹. Usq̃ꝫ adeo eni vĩt⁹ apta celo est: vt quãuis
sanct⁹ aurũ vel diuitias possidẽs nõ possit esse ꝑfectus.

In natale sci hieronymi cõfessoris.

Hieronymus nr̃ in oppido stridonis: qđ a go- Le. i.
tis subuersum quõdã dalmatie pãnonieq̃ꝫ cõfiniũ
fuit: pr̃e eusebio nat⁹ est. Uestẽ xp̃i puer rome susce
pit: ibiq̃ꝫ litteris grecis ac latinis appĩme eruditus.
est. In arte q̃dẽ grãmatica donatũ habuit ꝑcepto-
rẽ: in rhetorica aũt victorinũ oratorẽ. Postq̃ꝫ vero
oẽm mũdanã sciẽtiã studijs litterarũ adept⁹ est: ꝓbatissimoꝝ mo-
nachoꝝ habitũ imitat⁹ est. Cupiditatẽ siq̃dẽ animi iugi sinceritate
calcãs: volũtatẽq̃ꝫ corꝑis penni frãgẽs ieiunio: plerosq̃ꝫ honoꝝ re-
Quodã igiť (ligiosoꝝ meliores fore suo docuit ĩstituto. Le. ij.
tpe: dũ ex more idẽ hieronym⁹ diuina ad legẽdũ pãdit voulumi
na: ⁊ moralẽ bibliotece sue auctorẽ tulliũ recordať: mox celit⁹ ne ta
les quãdoq̃ꝫ reuolueret libros salutifero castigatus ẽ ꝟbere. Ita
enim ipse de se ad eustochiũ virginẽ scribens: asserit. Cũ añ annos
plurimos domo ꝑentib⁹: sorore: cognat̃: ⁊ qđ his difficili⁹ est con-
suetudinẽ lautioris cibi: ꝑpter celorũ me regna castrassem ⁊ hiero-
solymã militatur⁹ ꝑgerẽ: bibliotheca quã rome cũ sũmo studio ac la-
bore cõfecerã carere nõ poterã. Itaq̃ꝫ ego miser lectur⁹ tulliũ ieiu
abã: post noctiũ crebras vigilias: post lachrymas: q̃s mihi ꝑteritoꝝ

ex imis visceribꝰ eruebat: plato sumebat in manibus. Si quādo in memetipsum reuersus prophetas legere cep. sem: sermo horrebat incultus: quia lumē cecis oculis nō videbam: nec oculorum culpaz putabaz sed solis. Lec. iiij.

Dum me ita antiquus serpēs illuderet: in media ferme quadragesima: medullis infusa febris corpus meum euasit exhaustū et sine vlla requie qđ dictu quoqꝫ incredibile est: sic infelicia mem bra depasta sunt: vt ossibus vix hererēt. Interim exequie parabantur: et vitalis animi calor (toto frigescēte iā corpore) in solo tantū tepente pectusculo palpitabat. Cum subito raptꝰ in spiritu: ad tribunal iudicis pertrahor: vbi tātū luminis: ⁊ tantū ex circunstātium claritate vidi fulgoris: vt proiectus in terram sursum aspicere non auderem. Ad cuius interrogationem ingrētis quis essem: christianum me cōfiteor. Tūc mihi iudex irato vultu ait. Ciceronianꝰ es: nō xpianꝰ. Ubi ē thesaurꝰ tuus: ibi ē ⁊ cor tuū. Illico obmutui. L. iiij.

Et dū inter verba cedi me iussérat: conscientie magis igne torq̄bar: illū mecū versiculū reputās: in inferno aūt quis confitebitur tibi. Clamare tamē cepi: et eiulans dicere. Miserere mei domine: miserere mei. Hec vox inter flagella resonabat. Tandē ad presidentis genua prouoluti qui astiterant: precabant: vt veniam tribueret adolescentie: et errori penitentiā comodaret. Exacturus essem deinde cruciatum: si gentilium litteraꝝ libros aliquando legissem. Ego q̄ tanto constrictus articulo: vellez etiā maiora promittere: deierare cepi: et nomē eius obtestans: dicere. Domine si vnq̄uā habuero codices seculares: si legero: te negaui. In hec sacramēti verba dimissus: reuertor a superis. Mirātibus cunctis: oculos aperio: tanto lachrymarum hymbre pfusos: vt etiaz incredulis fidē facerem ex dolore. Nec vere sopor ille inanis fuit: vt vana somnia: qbꝰ

Testis ē tribunal āte qđ iacui: iudi (sepe deludimur. Lec. v. ciū testis ē qđ timui: ita mihi nūq̄uā cōtingat tale incidere questionē: liuētes habuisse me scapulas: plagas sensisse post somnū: et tāto dehinc studio diuina legeraz. Interea hieronymꝰ romane ecclesie presbyter: inter omnes dam asi sacerdotes sacre bibliothece scrutator voluminū: dū per triēnium cōtinuū charus acceptꝰq; populaꝛibꝰ venerat: omniūqꝫ iudicio dignꝰ eē sūmo sacerdotio decernit: qđā ex clericoꝝ monachoꝝqꝫ ordinibꝰ: ꝓ petulātia ꝑꝙ ingluuia discursātes: ad effugandum vrbe hieronymum: qui vtrūqꝫ eoꝝ scribens vicium deprehenderat: insidias parauere. Lec. vj.

VErū viro huic ego felicē hui⁹ fuge euētū corrigēti: christi iudicio dispensatū: quā prauorum hominū persecutione credo: vt ecclesia petri instituta regimine omniū: veteris testamēti librorum: xp̄o deo volēte: et hieronymo speciali studio desudante: hebraycaꝫ quoqꝫ haberet veritatē. Et grecorū quorūdā leuitas q̄ romāos a se omnes scripturas diuinit⁹ inspiratas accepisse plaudebat: eos habere q̄d non ipsi habēt recognosceret. Igitur hieronym⁹ romulea vrbe egressus: ad orientē naue ꝓfect⁹: gregoriū nazāzenū cōstantinopolitane vrbis episcopū: in sanctarū scripturaꝝ studijs eruditūꝫ supplex docibilisqꝫ discipulus adijt p̄ceptorē: cū quo cōstantinopolim obseruauit. Hoc discipulatu hieronymus peracto: in siriā perrexit. Et dum in possessione euagrij p̄sbyteri moraret̄: malchū monachū et aliq̄ndo captiuū repperijt. Percūctatusqꝫ eū omnē captiuitatē: accepit historiam: quam postea editā scripsit: et romanis fidelib⁹ misit: hec in hui⁹ historie prologo interserēs. Scribere inquit disposui: si tamē de⁹ vitam dederit: ꝛ si vituperatores mei: saltem fugientē me ꝛ clausū: ꝑsequi desierint: ad deserta deinde loca ad que olim ob agendā penitētiam properare cupiebat: ita citus accēsusqꝫ accesit: vt volasse magis quā measse eū crederes. Sc̄d̄m lucam.

IN illo tēpore: dixit dominus iesus discipulis suis: parabolam hanc. Homo q̄dā nobilis abijt in regionē longiquā: accipere sibi regnū et reuerti. Omelia venerabilis bede p̄sbyteri. L. vij.

HOmo nobilis ille est: cui cecus supra clamabat. Fili dauid miserere mei: et venienti hierosolymā concinebant pueri: osanna filio dauid: benedict⁹ qui venit in nomine dn̄i: rex israel. Longinqua regio: ecclesia est ex gentib⁹. De qua idē homo nobilis sic loquitur Ego autē constitutus sum rex ab eo. Dicit̄ ab eo. Postula a me ꝛ dabo tibi gētes hereditatē tuaꝫ et possessionē tuaꝫ terminos terre. Que videlicet hereditas ac possessio: bifaria ratione regio longinqua vocatur. Vel quia a finibus terre clamat ad dominuꝫ: vel quia longe est a peccatoribus salus. Et cum vbiqꝫ deus sit presens: longe tamen ab eorum sensu qui idola colunt: deus verus abest. Sed quia erant longe facti sunt prope: in sanguine christi. Vocatis autē decē seruis: suis dedit illis decem mnas. Denarius numer⁹ ad legem pertinet: propter decalogum. Vocat itaqꝫ paterfamilias decem seruos: quia elegit discipulos per litteram legis ībutos. Dat (illis decē mnas: q ꝛ legis dicta spiritualit̄ intelligēda reuelat.

POst passionem quippe ꝛ resurrectionēꝫ suam aperuit L. viij.

illis sensum: vt intelligerent scripturas. Mna quã greci mnã vocant: centum dragmis appenditur. Et omnis scripture sermo: quia vite celestis perfectionem suggerit: q̃si numeri centenarij pondere fulgescit. Et ait illis. Negociamini: donec veniam. Uerba mea legis ac prophetarum mystica interpretatione discussa: populis ostendite atq3 ab eis fidei confessiones morumq3 grauitatẽ recipite: iuxta q̃d psalmista suis auctoribus precepit dicens. Sumite psalmum: et date tympanum: hoc est laudem predicationis in cordis intentione percipite: et deuotionem operis in carnis castigatiõe reddite. Tympanum quippe: est pellis in ligno extenta. Pellis vero in ligno extenta: caro nostra est: ad exemplum dominice crucis afflicta. Ciues autem eius oderant illum: et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hũc regnare super nos. Ciues impios iudeos dicit de quibus alibi protestatur. Nunc autem et viderunt: et oderunt: et me et patrem meum. Qui non solum presentem vsq3 a dmortem crucis oderant: sed etiam post resurrectionem eius miserunt persecutionem apostolis: et predicationẽ regni celestis spreuerũt. Lec. ix.

Et factũ est vt rediret accepto regno. Significat quãdo xp̃s in manifestissima et eminẽtissima claritate venturus ẽ: q eis humilis apparuit cũ diceret: regnũ meũ nõ ẽ de hoc mũdo. Et iussit vocari seruos suos: quibus dedit pecuniã: vt sciret quisq3 quãtum negotiat⁹ esset. Ut sciret inquit nõ quod eum quid lateat. Cui verissime dictũ est: dñe tu omnia scis. Sed scire omnes facere. Nunc enĩ omniũ opera et cogitationes: palam omnibus ostendunt. Quo modo in deuteronomio. Tentat inquit vos dominus de⁹ vester: vt sciat si diligitis eum: hoc ẽ scire faciat. Nemo sane arbitret eos solũ modo: quib⁹ gratia predicãdi data est: non aũt et eos quibus predicata est: ad iudicium tunc esse vocandos. Ipsi sunt enim pecunia quã boni serui acqrere mercando. Quin etiam sciat eos quoq3 qb⁹ numquã p̃dicatũ est: ibidem adesse dãnãdos. De qb⁹ infra dicem⁹. Uenit aũt p̃mus: dicẽs. Mna tua: decẽ mnas acquisiuit. Prim⁹ seru⁹ ordo doctoꝝ ẽ: i circũcisionẽ missoꝝ. Qui vnã3 mnã negotiatur⁹ accepit: qui vnum dominum: vnum baptisma: vnũ deum: predicare iussus est. Sed hoc eadem mna decem mnas acquisiuit: quia populũ sub lege constitutum sibi met docendo sociauit.

In natale sanctorum remigij frontonis et aliorum martyrum.

Lec. j.

REmis sancti remigij episcopi et cōfessoris: viri: pie clarissime virtutis et sanctitatis. Hic gentē francorum idolorū culturis deditam: conuertit ad christū rege ipsorum clodoueo: sacro fonte baptismatis et sacramētis fidei prius initiato: septuaginta ꝛ eo amplius: in episcopatu annos expleuit. Hic interfectam puellam a morte corporis resuscitauit. Lec. ij.

EOdem die petragoris ciuitate natalis sancti frontonis: q rome a beato petro episcopus ordinat⁹ cū georgio p̄sbytero ad p̄dicā dum euāgelium missus est. Cūq3 tertio die itineris: idē georgi⁹ fuisset mortu⁹ merens fronto: reuersus ad apostolū: accepto eius baculo et super corpus defuncti posito: socium de morte recepit. Sicq3 ad predictam ciuitatē veniēs magnā gentis illi⁹ multitudinem ad xp̄m conuertit: et multis miraculis clarus in pace quieuit. Eodem die: atrebato depositio sancti vedasti episcopi ꝛ cōfessoris. Hic dū plurimoꝝ miracłoꝝ signis rutilaret: diuersis diuersas ipartiēs sanitates gētē frācoꝝ barbaricā ad fidē paulatī vocauit catholicā. Le. iij.

PArisius depositio sancti germani episcopi et cōfessoris: q tante virtutis fuit sicut in gestis ei⁹ legitur: vt omniū infirmitates expelleret. Hoc erat scō viro cure: qđ ꝛ tangeret. Ulixbona ciuitate: passio sanctorum verissimi: maxime: ꝛ iulie: qui passi sunt subdaiano p̄side. Quorū datiānus confessione cōperta: parari secretariū iubet: et intromitti lictores: et extēdi martyres: Admoueri verbera colligari vngulas: exponi eculeoꝝ tendicula imperauit. Et cum nihil horū dei famulos aut terruit permissum: aut superauit appositi gladio tandē consumuntur. Ipso die in pago metratise natalis sancti platonis martyris. Treueris ciuitate: depositio sancti niceti episcopi et ↄfessoris. Qui elemosine charitatis sanctitatisq3 toti⁹ refulsit merito dñ i corpe cōmorat⁹ ē. Lonnis nl'is scōꝝ p̄sci ꝛ crescētij

In natale sctē fidis virginis ꝛ martyris. Lec. j.

SAncta fides agenensium ciuitate oriunda fuit: ex parētib⁹ clarissimis splēdidissima prole procreata: alumna loci ipsius in ortu facta ē: patrona in passionis obitu. Nobili quoq3 veterū et generosa stirpe parentum sed facta christi munere nobilior: quia stola virginitatis candida induta fulgens amore fidei in domino iesu christo odorez bone suauitatis

ptulit: hec namqȝ prima in ciuitate ageno dec⁹ ⁊ exẽplũ magni mar
tyrij: cunctis xp̃i fidelibus fuit. Uitam namqȝ tp̃alẽ perdere voluit
vt possideret eternã: q̄ꝛ ab ipsis infantie cunabulis: dñm iesũ xp̃m:
dilexit: ⁊ sui dilexit auctorẽ. Juuenis q̄dem tp̃e passionis erat etate
sed sensu ⁊ op̃e senex manebat. Pulchra erat facie: sed pulchrioꝛ
(mente. Lec. ij.

Virginitatis quoqȝ candore formosissima:
vultusqȝ hilaritate serena. Igit̃ cuȝ eodem tp̃e p̃ses sceleratis-
simus noı̄e dacianus: directus a ꝑphanis diocletiano ⁊ maximiano
imperatoribus: qui tunc romane arcis p̃matum regere videbant̃:
ageno vrbẽ ingrederet̃: dolo instigatus diaboli: quatenus sacrile-
gos beneficijs remuneraret: atqȝ xp̃ianis ibidem metu ipsius laten
tibus atrocissimas penas inferret: continuo beatissimaȝ virginem
fidem accersiri iussit: ⁊ suis conspectibus adduci precepit. At illa-
se sponte ministris offerens: corpusqȝ suum vndiqȝ signo sc̃e crucis
muniens: orabat ad dominum: dicens. Domine iesu xp̃e q̄ tuos sẽ
per in omnibus adiuuas: adesto mihi nunc famule tue: ⁊ prebe ori
meo sermonem acceptabilem: quem in conspectu tyranni huius res
pondeam. Et armata sancte crucis vexillo: frõte: ore pectoreqȝ: san
cto roborata spiritu: hilari animo perrexit. Cum autem adstaret co
ram p̃side: blando sermone ait ad eam. Qđ est vocabuluȝ nominis
tui? Cui consequenter sancta fides nullo metu perterrita: respõdit
Fides nomine ⁊ opere vocor. Preses vero: quid stulta inquit re-
ligionis ac fidei tue? Ad hec sancta fides: respõdit ab exordio iuuẽ
tutis mee xp̃iana sum: ⁊ dño iesu xp̃o tota mentis deuotione seruio:
illius nomen confiteor: illi tota intentione me cõmitto. Lec. iij.

PReses vero: callidissima simulataqȝ tranq̄litate: paulo indul-
gentius respondit. Accipe inquit o iuuenis puella consiliũ: pul
chritudini atqȝ iuuentuti tue necessariuȝ: ⁊ cessa ab hac confessione
⁊ sacratissime diane sacrifica: q̄ꝛ ipsa est sexui vestro cõsimilis ⁊ mul
tis te muneribus faciam ditiorem. Quam promissionem christi vir
go velut nihilũ deputans: ita respondit. A patrũ traditionibus co
gnoui: q̄ꝛ omnes dij gentium demonia sunt: ⁊ tu mihi blandicijs ꝑ-
suadere vis vt eis sacrificare debeam. Preses vero ira commotus
ait ad eam. Ut q̄d deos nostros demonia eẽ dicere presũpsisti? Aut
ꝓstrato inquit corpore dijs sacrifica: aut diuersis te faciam interire
tormentis. Tunc sancta fides secura de premio: exẽplo magnorum
martyrum roborata: has audiẽs minas desiderans a terrena vita
ad supernam migrare gloriam: in hac vociferatione prorupit dicẽs

Ego enim pro nomine dñi mei iesu xp̄i: non solū diuersa sum parata tormenta pati: sed ꝛ mortē in eius confessione subire desidero. Tunc preses magis furore succensus: iussit satellitibus suis: vt sanctā virginem inferrēt in lectum ereum: ꝛ superpositam per q̄ttuor partes extendi: ignemq; subponi precepit: vt eius tenera membra: tam crudeli disrumperentur suplicio. Tu autem. Lectio. iiij.

Itaq; cādentem craticulā sanctissima virgo vltro conscendens diuaricatis membris per quattuor partes extenditur: lorisq; ferreis coartata: per flammeam cratem puoluitur. Cui impij ministri: ferreis batillis ardētes prunas subijciūt: adipeq; flammis iniecto ad latera vsq; torrida incendia subuolare cogunt. Quod videntes qui aderant: vna voce clamauerūt dicētes. O impietas et iniusta iudicia: innocens ꝛ dei cultrix: ꝛ p̄me dignitatis honore prefulgens cur absq; vllo facinore grauissimis supplicijs mancipatur? Multi enim sunt: quorū ignoramus nomina: qui ea die videntes sancte fidis constantiam: a sacrilego demoniorū iugo pia colla soluentes: crediderunt in dominū iesum christum: ꝛ gloriosam sunt coronam martyrij consecuti. Tu autem domine.

¶ De sancto caprasio martyre. Lectio. v.

Eo itaq; tempore cum hec agerentur. A deo electus martyrq; futurus sanctus caprasius cum ceteris christicolis p̄secutionē sacrilegi presidis datiani declinans: ad septentrionalē vrbis plagā sub foramine cuiusdam rupis positus latebat ꝛ cūcta que intra murorum ambitū gerebant: clara oculorū acie perspiciebat. Sub eiusdem qppe diei articulo: ab ip̄o spelūce foramine ad vrbis propugnacula aspectum dirigens vidit sanctā martyrem fidē super carbonū incendia impioꝝ immanitate torreri. Eleuatis igit̄ oculis: intuēs in celum: orationē dño profusis p̄cibus effundebat: vt famulam suam in p̄sēti certamine faceret esse victricē. Rursusq; athleta christi eleuatis oculis in celum: tota mentis auiditate prospexit: ꝛ iterum humo prostratus a dño petebat: vt ei celestem ostenderet virtutem Sicq; petitiōis sue desideratum assecutus effectuz: vidit de nubibꝰ columbam vt niuem candidā descendere: ꝛ coronam interlucentibus gēmis supra solis spendorē rutilantem: celestibus margaritis refulgentem: super caput gloriose martyris ponere. Deinde ipsam dei famulam niueo splendidoq; habitu indutam prospiciēs agnouit perpetue salutis brauium esse assecutam: quā tanto munere celitus videbat ditatam. Tu autem. Lectio. vi.

COlumba igitur e celo veniēs: vt diuina potentia in reliquum tē
pus circa martyrem sacram mirabilior fuisse predicaretur: blā
do alarum volatu dulciq; pennarum applausu: cū hym bri fero rore to
tam vim flammarum extinxit: pirāq; torridi incendij quasi irriguis fō
tibus: tali volatu omnino repressit. Vidit etiam ⁊ vir sanctꝰ beatissi
mam fidez veluti in palestra non tortorū ictibus lesam: nō igne exu
stam: neq; sauciataz corpore: sed celestibꝰ ornamētis stare redimitā
Quā virtutem tam preclaram tam mirabilē: mox vt predictꝰ famu
lus dei caprasius spiritualibus oculis conspexit: supernis gaudijs
dignam eam futuram intellexit: veluti securus non imparibus me-
ritis: eandemq; gloriam subiturus: rupim qua habitabat dextera
sua percussit: ⁊ continuo inde fons aque iugis emanauit: q̄ vsq; in
hodiernū diē indeficienter currēs: salutis remediū virtute dei cun-
ctis aduenientibus prestare non desinit. Quocumq; eniz tedio lan
guoris qlibet detētꝰ fuerit: mox vt de ipsiꝰ rupis fluēto haustū gu-
stauerit: optatā salutē recipiet merit̄ scī martyris. Qui vultu hila
ris: spū alacer: corde intrepidus: ceteris ignorātibꝰ ad locū vbi glo
riosissima virgo ⁊ martyr fides flāmarum patibula sustinebat: impro
uisus aduenit: christum publica predicans voce. Quē statim audiē
dū: impius tyrānus suis aspectibꝰ statui iussit. Ille vero intrepidꝰ
coram eo stetit. Ac preses: eius nomen: patriam: genusq; requirit.
Ad quem sanctus caprasius. In primis quod preclarū est: christia
nū me confiteor: in cuius regenerationis lauacro caprasiꝰ a sacerdo
te nūcupor. Hoc audito preses: blandis eum cepit lenire sermonibꝰ
Video inqt te decorissimū iuuenē: qd si forte sermonibus meis acq
eueris: poteris in palatio sūmorum principū amicicia perfrui: ⁊ multa
consequi predia. Secundum matheum.

IN illo tempore: dixit dominꝰ iesus discipulis suis: parabolam
hanc. Simile est regnum celorum sagene misse i mare: ⁊ ex omni ge
nere piscium congreganti. ¶ Omelia beati gregorij
(pape. Lec. vij.

SAncta ecclesia sagene comparatur quia ⁊
piscatoribus est cōmissa: ⁊ per eam quisquis ad eternum regnū
a presentis seculi fluctibus trahitur: ne in eterne mortis profundo
mergatur. Que ex omni genere piscium congregat: quia ad pecca-
torum veniā sapientes ⁊ fatuos: liberos ⁊ seruos: diuites ⁊ paupes
fortes ⁊ infirmos: vocat. Unde ⁊ per psalmistam a deo dicitur. Ad
te omnis caro veniet. Que sagena tunc vniuersaliter replebitur:
cum in fine suo humani generis summa concludetur. Quam edu-

eunt ⁊ secus littus sedent: q: sicut mare seculũ: ita seculi finē significat littus maris. In quo scilicet fine boni pisces in vasis eliguntur mali autem proijciuntur foras. Tu autem. Lectio.viij

QUia elect⁹ quisq: in tabernacula eterna recipitur: ⁊ eterna luce perdita ad exteriores tenebras reprobi ptrahuntur. Nũc eniz bonos malosq: cõmuniter quasi cõmixtos pisces fidei sagena nos continet: sed littus indicat: sagena sãcte ecclesie quid trahebat. Et quidem pisces qui capti fuerunt: mutari non possunt. Nos autem mali capimur. Sed in bonitatez permutamur. Cogitemus igitur in captione: ne diuidamur in littore. Ecce quam grata nobis est hodierna solennitas: ita vt se non in modico addicat: si cui ex hoc conuentu nostro deesse contingat. Quid ergo in illa acturus est die: quia conspectu iudicis rapitur: ⁊ ab electorum societate separatur. Qui tenebrescit a lumine cruciatur eterna combustione? Unde ⁊ hãc eãdem comparationem domin⁹ sub breuitate aperit: cum subiungit Sic erit in consumatione seculi. Tu autem. Lectio.ix.

Exibunt angeli: ⁊ separabunt malos de medio iustorum: ⁊ mittēt eos in caminũ ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentiuz. Hoc etiam fratres charissimi timēdũ potius: quã exponēdũ. Aperta etenĩ voce tormenta peccantium dicta sũt: ne quis ad ignorantie sue excusationem recurreret: si quid de eterno supplicio obscure diceretur. Unde ⁊ subditur. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Utiq: dñe. Atq: in conclusione subiũgitur: ideo omnis scriba doct⁹ in regno celorum similis homini patri familias est: pferenti de thesauro suo noua ⁊ vetera. Si per nouum ⁊ vetus quod dicitur: vtrũq: testamētũ accipimus: abrahã doctum fuisse deuegamus: qui noui testamēti ⁊ si facta nouit: minime verba nũciauit. Moysen quoq: doctum patrifamilias compare non possumus: q ⁊ si testamentum vet⁹ edocuit noui tamē dicta nõ protulir. Sed in eo q͛ veritas dicit: ois scriba doctus in regno celoruz: similis est patrifamilias: ⁊ intelligi valet: q: nõ de his q fuerãt: sz de his qui esse in ecclia poterant: loquebat. Qui tunc noua ⁊ vetera proferunt: cum vtriusq: testamēti pdi(camēta verbis ⁊ moribus loquũtur. Tu autē.

In nte marci pape. Le.i.

ROme via apia: natalis sctĩ marci pape ⁊ cõfessoris q sedit in episcopatu ãnos duos: menses nouem dies viginti: q etiã sepultus est in cimiterio balbine

via ardeatina: quod ipse instans fecit. Hic constituit: vt episcopus ostie q cōsecrat episcopū romane vrbis: pallio vteretur. Eodem die sanctorum martyrū iulie: sergij: et bacchi: sub maximiano imperatore cuius honorib⁹ sublimati: in palatio eius clari habebantur. Nam sergius erat primiceri⁹: bachus vero secūdicerius generaliū schole. A quibusdam ergo apud imperatorem accusati: quod essent christiani: vocati sunt ab imperatore: vt sacrificantes ioui: et de sacrificijs oblatis cum eodem gustarent. Ingressus imperator templum: gustauit de sacrificijs: et circumspiciēs: nō vidit sergiū: et bacchū: neq3 enī ingressi fuerant templū. Mittēs milites de astantibus sibi imperator: iussit eos introduci. Quibus et dixit. Ut video facti estis deorū inimici. Accedite ad aram iouis magni et sacrificate: et de sacrificijs eius sicut ceteri māducate. Respōderūt beati sergius et bach⁹. Habemus regem verū eternū in celis: iesū xp̄m filiū dei. Huic p singulos dies offerimus sanctū viuumq3 sacrificium: atq3 rationabilem culturam: lapides aūt et ligna non adoram⁹. Lectio. ij.

Imperator tūc indignatus: iussit exutos clamide indui eos muliebri collobio: et per mediam ciuitatē ad palaciū trahi: catenis in ceruicibus positis. Et cum puenissent ad palacium: dixit eis imperator. Scelleratissimi: scitis quē colitis xp̄m: Fabri fili⁹ fuit: et antequā nuptie legitime fierent: adulterio facto mater eū pcreauit. Cui milites christi respōderūt. Erras imperator. Nam quē colim⁹ deus verus est: et vita eterna: qui fecit celum et terram. Amplius ergo veris psecutionibus eorum irritatus maximianus: iussit eos duci et antiocho tradi: vt eos cōstringeret ad sacrificādū. Qui religauit eos in cippo. Et facto mane sedit in pretorio: et adducti sunt ante illum sergius et bachus. Et cū nec blādicijs nec minis eos a proposito incuruare posset. Beatū qdē sergiū iterū iussit ī custodia recipi. Bacchum vero extensum neruis crudis tandiu cedi: quousq3 cedentes lassi dificerēt. Et vicissim succedētib⁹ sibi cesoribus: martyr gloriosus in confessione christi: totus corpore discissus emisit spiritū. Et eiecto corpore auibus et feris: abijt antiochus. Lec. iij.

Et christiani furtim venientes: tulerūt corpus martyris: et ī spelunca quadam sepelierūt. Sequenti vero die beatus sergi⁹ eductus de custodia: presentatur antiocho. Qui cū verbis eū flectere non posset. Primo coturnos confixos clauis vestiri eum fecit: et nouē miliarib⁹ ante se currere. Postmodū in sentencia fixum manere videns: decollari iussit. Quem cum christiani eodē loco sepelissent

paruo tempore interposito: beatū bacham a loco quo tumulatus fuerat eleuantes: honorabili martyris loco iuxta scm̄ sergiū cōposuerunt. Ubi et virgo iulia: q̄ sub marciano preside martyriū consumauit: sociata martyribus sepulta quiescit. Eodē die sanctorum martyrum marcelli et apulei: qui qdē primo adheserūt symoni mago: sed vidētes mirabilia que dn̄s opabatur per apostolum suū petrum: relicto symone: doctrine apostolice se tradiderūt. Et post martyriū apostolorum confessione xp̄i et ipsi decollati: aureliano consulari viro sententiam ferente martyrij coronam reportauerūt: sepulti non longe ab vrbe roma. Eodem die sancti senis symeonis.

In nat̄e scōrū dionysij rustici et eleute

Sanctus igitur dionysius q tradēte bea(rij. Lec. i.)to clemēte petri ap̄li successore: verbi diuini semina gētibus erogāda susceperat: quo amplius gētilitatis feruere cognouit errorē: illuc intrepidus et calore fidei armatus accessit: et parisius domino ducente peruenit. Non victus incredule gentis expetere feritatem: quia virtutem suā preteritarum penarū recordatio roborabat. Et qui meruerat esse confessor: non cunctatus est trucibus populis accedere predicator. Tunc memorata ciuitas et cōuētu germanorum et nobilitate pollebat: quia esset salubris: aere iocūda flumine fecūda terris: arboribus nemorosa: et vineis vberrima. Constipata populis: referta comercijs: ipsumq3 insule potius quam vrbis spacium: quod habitationē circūfusa fluminis vnda prestabat: crescētibus consistentium cateruis: reddebatur exiguū: et iocunditatis sollicitatione in vnum plebs redacta commigrans: pene territoriuz suū intra murorum suorum conclusionē contraxerat. Lec. ij.

Hunc ergo locum: dei famulus elegit expetēdum. Ad quez cum primum fide armatus et constantia et confessione accessit intrepidus: ecclesiam illis que necdum in locis erat: et populis illis nouā construxit: ac officia seruiētiū clericorū ex more constituit probatasq3 personas honore seculi ordinis ampliauit. Cinctus ergo fide: etiam constructione basilice roboratus: dominum gentibus nō desinebat insinuare: quē nonerat: eisq3 omnibus et iudicium et misericordiaz anteponēs: paulatī sociabat deo: quos diabolo subtrahebat. Tantas etiam per illum dn̄s dignabatur exercere virtutes vt rebellium corda nō minus miraculis quā p̄dicationibus obtineret. Lec. iij.

Mirorq; modo inermi viro: fidei armis munito: nō valebat plebs armata resistere. Subdebat se certati germanie ceruicositas: et iugum xpi suaue īponi sibi alta cordis ītentione poscebat. Ab ipsis quoq; destruebātur idola: quoꝝ sumptu fuerāt et studio fabricata et inuēto salutis portu idoloꝝ gaudebāt perire naufragia. Lugebat portio victa diaboli: cū de ea victrix ecclīe legio triūphat. Le. iiij.

Tunc hostis ātiqu⁹: vidēs sibi perire: qđ dño cōstabat assidua populoꝝ cōuersione pficere: totā artificij sui machinā ad īpugnādū q̄ fuerāt cōstructa cōuertit: et sue partis auctores deoꝝ suorum flentes exitiū: ad īpietatē subite persecutiōis armauit: vt eos q vnū et verum deum colēdū insinuauerāt et timēdū: expendere diuersitate supplicij maturarēt: ne superesse possit: q valeret acqrere qđ peribat. Persecutionis ḡ publicata sententia impioꝝ gaudens turba pgredit̄: et cōtra dñicū populū pugnatura cōspirat. Nō cūctati appetere gladio: quos dñs suos mōstrauerat eē signaclo. Lec. v.

Taq; cū occidui orbis partez pro xpianorum inqsitione pcurrerēt: sanctū dionysiū episcopū coutra incredulos dimicātē parisius repererūt: cū quo rusticum presbyterū et eleuteriū archidiaconum persecutionis furor inuenit. Vbi sci viri a beati dionysij nūquā sustinuerūt abesse p̄sentia: quos in vnū interrogatio pcussoris inuenit. Sz reperire nō potuit quē a societate martyrij separaret. Interrogati: vnū et verū dñm in trinitate cōfitētur. Lectio. vj.

Terrore subiūcto multisq; afflicti iiurijs: suplicijs verberibusq; macerati: xpianos se eē testātur: visoq; pcutiētis ictu: dei se famulos magna cōfessionis voce pnūciant. In hac ergo fidei ptinacia persistētes: terre corp⁹ beatas celo aīas mittūt. Tali ad dñm pmeruerūt pro cōfessione migrare: q: amputatis capitibus adhuc putabatur lingua palpitans dño cōfiteri. Beata nimiū et deo nr̄o grata societas inter quos nec p̄mus alter potuit eē nec tertius: sz trinitatem confitētes: venerabilē locū trino decorauere martyrio. Metuentes igit̄ pcussores: ne cuersi populi fidelissima corpa pfutura sibi ad patrociniū tumularēt: elegerunt tetris secane pfūdisq; gurgitibus martyꝝ corpa pdēda cōmittere. Que īposita nauibus: ad

In illo (preuisum iubētur gurgitē destinari. Scđz matheū. tpe. Dixit dñs ih̄s discipul' suis. Nolite arbitrari: q: veni mittere pacē in terram. Non veni pacē mittere: sed gladiū.

Supra dixerat: ¶ Ex cōmentarijs bede. Lectio. vij.

quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine; et qđ in aure au

dictis predicate super tecta. Nunc infert: quid post predicationē sequatur quo ad fidē xpi: totus orbis cōtra se diuisus ē. Una quoqꝫ domus habuit fideles et infideles: et propterea bellū missū est bonū vt rūperet pax mala. Tale qdet in genesi aduersum rebelles homines: qui moti fuerant de oriente: et turrem extruere festinabant per quā celi alta penetrarēt: fecisse scribit deus: vt diuideret linguas eoꝝ. Unde et in psalmo dauid. Dissipa dñe gētes que bella volūt. Ueni eni separare filiū aduersus patrē suū: et filiā aduersus matrē suam: et nurū aduersus socrū suā: et inimici hominis domestici eiꝰ. Hic locꝰ ppe hisdē vbis i michea ppheta scribit. Et no(Lec. viij. tandū vbicūqꝫ d veteri testamēto testimoniū ponit: vbi sensus tantū manet: sermo consentiat. Qui amat patrē suū aut matrē suā plusqꝫ me: non est me dignus: et reliq. Qui ante premiserat: non veni pacē mittere sed gladiū: et diuidere hominē aduersus patrem: et matrē: et socrū: ne qs pietatē religioni āteferret: subiecit dicēs. Qui amat patrē: aut matrē: plusqꝫ me: non est me dignꝰ. Et in cantico legimꝰ canticoꝝ. Ordinauit in me charitatē. Hic ordo in omni affectu necessarius ē. Ama post dominū patrē: ama et matrē: et filios. Si aūt necessitas venerit: vt amor parētum ac filioꝝ dei amori cōponetur: et non possit vtrūqꝫ seruari: odiū in suos: obseruanda pietas in deū est. Non ergo prohibuit amare patrē aut matrē. Sed signanter addidit. Qui amat patrē aut matrē plusqꝫ me nō est me dignꝰ. In alio euāgelio scribit. Qui nō accipit crucē suā quotidie nō ē me (dignꝰ. Lec. ix. Ne semel putemus ardore fidei posse sufficere: semp crux portāda ē: vt semp nos xpm amare doceamur. Qui recipit vos me recipit: et qui me recipit: recipit eū q me misit. Ordo pulcherrimꝰ. Ad predicationē mirā docet pericula nō timēda: affectū subijcit religiōi. Superiꝰ abstulerat virgā: perā: et duas tunicas: et ne alicui dura viderēt cogitādi vel dicēdi: vnde victꝰ: vnde necessaria. Austeritatē mādatoꝝ: spe tēporaliū et pmissoꝝ. Qui recipit in gens vos: me recipit: et q me recipit: recipit eū q me misit: vt in suscipiēdis aplis vnus qsqꝫ credētiū christū se suscepisse arbitraretur. Qui recipit pphetā in noie pphete: mercedē pphete accipiet. Igitur iudei carnalit intelligētes pphetas: mercedē nō accipiēt pphetaꝝ. Aliter in omni pfessione zizanioꝝ mixtū est triticū. Promiserat q recipit vos me recipit: et q me recipit: recipit eum qui me misit.

Geraldi confessoris. Lec. j.

De sancto geraldo.

VIr igitur domini geraldus: ex pte galliaꝝ q̃ ab antiq̃s celtica vocabat̃: oriũdꝰ fuit: territorio videlicet qđ est auernensi: nec nõ caturiensi: atq̃ lemonicensi pago: nec non etiã albiensi ↄterminũ. Opido vel villa aureliaco: patre vero geraldo: matre vero adaltruda ꝓgenitꝰ. Carnis nobilitate tam excellẽter illustris: vt inter gallicanas familias eius prosapia tã rebꝰ q̃uaꝫ probitate moꝝ generosior videret̃. Pr̃ quippe ipsiꝰ: in ipõ cõiugio sese castigare tanto tẽpore studebat: vt semoto frequẽter a coniugꝫ thoro: solus accubitaret. velut ad tempꝰ iuxta apostolũ oratiõi vacans. Quadam vero nocte monitꝰ in somnio prohibetur: quatinus vxorẽ cognosceret quia filium generaturus esset. Aiunt etiaꝫ quod ei iussum sit: vt illum nomine suo geraldum vocaret. Lec. ij.

DIctum quoq̃ est: q̃ꝫ futurus magni meriti foret. Excitatus aũt cõgratulabat̃ visioni. Dehinc igitur soporatꝰ videbat̃ illi: vt de pollice pedis eiꝰ dextri: quedã virgula nasceret̃ que paulatim in magnã arborẽ succrescebat: ac subinde frõdibꝰ diffusis: sensim spaciabatur. Tunc ille quasi operarios vocans iubebat furcaꝝ amminicula subponi. Et cum illa vehementer grandesceret: nullũ pondus tamẽ in pollice sentiebat. Siquidẽ somnioꝝ visiones: non semper sunt inanes. Et si somnio fides adhibenda est: videt̃ hoc visio rerũ affectui conuenire futuraꝝ. Cognouit itaq̃ vxorem suam que iuxta conditũ visionis: puerum concepit. Sed fortasse de hoc quasi de somno dubitari potest. Aliud tunc virtutis indicium: euidenter secutũ ẽ. Genitrix eiꝰ cũ esset vicina partui nono videlicet die priꝰ quam nasceret̃ contigit vt cũ viro suo vigilãti vigilãs ipã iaceret.

ET cum nescio quid vicissim sermocinarentur: infans Lec. iij. emisit vocẽ: quã ambo audierunt. Cuꝫ attoniti quid nam esset obstupescerẽt. nec ignorare poterant qđ illa vox in aluo matris sonuerit: vocat pater cubiculariã: et quoniam ille vagitus increpuerit adhibito lumine iubet disquiri. Cum illa nullũ omnino infantẽ esse qui vocem illam ediderit: similiter attonita protestaretur: ĩfans iterum secundo sonuit. Et post modicũ interuallũ: sonuit etiam tertio: videlicet sicut recẽs natus vagire solet. Ter igitur in ventre matris auditus est. Quod profecto tã mirũ est: quã et contra nature modum constat accidisse. Et quia non casu: sed disponente rerum ordinatore deo factum est: forte iam vox illa presagabat: quod in huius mortalitatis clausura: vitales actus erat habiturus. Lec. iiij.

Gerald⁹ igitur in matris vtero bene sonuit: quā vltra cōmunē aliorū vigorē in fide sancte trinitatis excercēs se: felicē famam q̄ erat orbē repletur⁹: p illā oculā significauit. Trāsmissa pueritia: cū iā adolesceret mēbrorū robur nociuū corporis cōsumpsit humorē. Ut aūt diuina dignatio corā hominib⁹ eum glorificaret: q de um in exequēdis mādatis eius corā discolis glorificabat: licet in stante iā tēpore antichristi: miracula sanctorū cessare debeāt: memor tamē sue promissiōis q̄ dicit: qui glorificauerit me glorificabo eos hūc famulū suū p q̄ndā curatiōis gratiā glorificare dignatus est.

Quod genus curationis tale fuit: vt quamuis per hu- Lec. v. militatē imponere manū infirmis refugeret: eis tamē frequenter absens: et nolēs subueniret. aquā nēpe de qua man⁹ abluere solitus erat: infirmi solebāt furari: et plerisq̄ sanabātur. Quo licet vt magis credibile videret: persōas quasdā cōmemorare placet. Nā rustican⁹ quidam iuxta coloniacū monasteriū: habebat filiū cecum Qui diu ingemiscēs quod eum cecitas ei⁹ parit et paupertas opprimeret: monit⁹ est per visum quaten⁹ ad domū eius pergeret: et aquā vnde man⁹ eius ablute fuissent: in oculos ceci filij funderet. Credidit homo visioni: et quod somniauerat veniēs indicauit. Lec. vj.

Quo senior audito mēte consternatus intremuit: et presumere id refugiēs dixit illusionē fuisse: que et illū irrideret: et se decipere vellet: vt inconcessa tentaret. Errare hominē inani spe talia postulātem. Ingemuit pater quem filij cecitas anxiabat: et intelligens quod vir domini causa humilitatis nequaquā acquiesceret abire se simulās: ab vno d̄ seruitorib⁹ aquā latēt īpetrauit. Qui domū rediēs: extīcta filij lūīna xp̄i nomē inuocās abluit: et ille eodē momēto lumē recepit.

In illo tēpore: dixit domin⁹ Iesus discipl'is suis. Uidete: vigilate: et orate: q: nescitis q̄ hora dn̄s vester ventur⁹ sit. Et reliqua. Scdm matheū.

Ex cōmentarijs hieronymi. Lec. vij.

Perspicue ostendit: quare supra dixerat de die aūt illa nemo scit neq̄ fili⁹ hominis neq̄ angeli: nisi pater solus. Quod nō expediat scire apostolis: vt pendule expectationis incerti semp eum credant esse venturum: et ignorent quando vēturus sit. Et non dixit: quia nescimus quando venturus sit domin⁹: sed nescitis. Premisit patrisfamilias exemplo: cuz reticeret ad cōsūmationez diē manifestius docet dicēs. Estote parati quia nescitis qua hora fili⁹ hominis venturus sit. Quis putas est fidelis seruus et prudens: quez

constituit dominus su⁹ sup familiam suã: vt det illis cibum in tem
pore? Beatus ille seruus: quem cũ venerit dominus eius: inuene-
P Lenius inculcat et replicat: qua (rit sic facientem. Lec. viij.
re de die consũmationis et hora: nec angelum nec se scire predi
ceret: sed solum patrẽ: quod nõ expediat scire apostoli. Et exẽpluz
patrisfamilias hoc est sui et fidelium seruoruz: idest apostoloꝝ: quo
rum ratione sollicitat mentes: interserit vt spe premiorum ministrẽt
cõseruis suis in tẽpore suo cibaria doctrinarum. Si autẽ dixerit ma-
lus seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus venire: et
ceperit percutere conseruos suos. Et reliqua. Ex superioribus pen
det: quod sicut sollicitus seruus z semper aduẽtũ domini prestolãs
tradit conseruis cibaria in tempore suo: z postea super omnia bona
patrisfamilias constituitur: ita contrario qui iuxta ezechiel dixit in
tempore a longe fiet istud: et non putat cito dominum esse venturuz
Factus securior: vacat epulis atqꝫ luxurie: et non lenem patrem fa
milias sed seuerissimum sentiet iudicem. Lec. ix.
V Eniet enĩ dñs serui illi⁹: in die qua non sperat: et hora q̃ ignorat
et diuidet eũ partẽqꝫ eius ponet cũ ipocritis: hoc ipsum docet:
vt sciãt quãdo nõ putat: dominũ tũc esse vẽturũ: et vigilantie z sol
licitudinis dispẽsatores monet. Porro quod dicit diuidet euz: non
quod gladio eũ desecet: sed q̃ a sanctoꝝ cõsortio separet: et partez
eius ponet cũ ipocritis. Cũ his videlicet qui erant in agro: et mole-
bant: z nihilominus derelicti sunt. Sepe diximus ipocritã aliud ostẽ
dere: sicut et in agro et in mola idem videbantur facere: quod eccle
siasticus vir exitus diuerse voluntatis aperuit.

In natale sancti calixti pape z mar

n Atalis scti calixti pape: q sedit i episcopatu (tyris. L. j.
ãnos septẽ: mẽses duos: dies decẽ: hic cõstituit ieiuniũ die
sabbati ter i ãno fieri: frumẽti: vini: z olei: scdm pphetã: z
sub psecutiõe alexãdri ipatoris: martyrij glĩaz adept⁹ est
postquam autem palmachium proconsulem cum omni domo sua
baptisauit: z senatorem simplicium ac domũ eius atqꝫ felicem cum
vxore blauda quam a paralisi curauit: z idem ipsi ab alexandro oc
cisi: z vniuersi gloriaz martyrij cõsecuti sunt. L. ij.
S Ed postquã calepodi⁹ psbyter e⁹ gladio martyriũ sũpsit: tẽt⁹
ẽ ab alexãdro: z diutissime fame cruciat⁹ z q̃tidie fustib⁹ cesus: at
qꝫ phibitũ ẽ: ne qs ad eũ veniret. Si vo aliqs venire noctu auderet:

actus. hystoriaq; seques: carmine vera loqr. Alternis resonabo modis: qd littera pādit. Et res si qua mihi mystica corde dat. Dein de paulum secutus egregium doctorē gentium: vsq; ad triūphum passionis eius quē cū apostolo scō petro rome accepit: individuus comes peregrinationis ac tribulationis eius existens pmāsit. Cui9 pcipue peregrinationis et sacre quippe doctrine gesta: eorūdē anne ctens apostolorū libello: ad laudem nominis 7 memoriā ipsorum: 7 vniuersalis ecclesie sancte stabilimētū cōposuit. Qui dum eundez gloriosissimū paul.. idē venerabilis seqret lucas: in plurimis terre locis magnisq; tribulatiōib9: digne ab illo huiusmodi testimonio diligentie meruit laudari: sic enim chorinthijs de eo scribēs ait. Sa lutat vos lucas medic9: charissim9 me9 q ē i dño fidelis. Lec. iij.

Thimotheo vero illustri viro idē apostolus scribens ait. Lucas est mecum solus. Et in alio loco epistole sue locutus ait de illo: inter reliqua salutationis verba. Ecclesie dei que erat chorinti: misimus etiam et fratrē nostrū cuius laus est in euāgelio p omnes ecclesias nō solum: sed et ordinatus ab ecclesijs: comes peregrinationis nostre. Uere enim vt ita dicā omniū ore laudabilis hic dñi euangelista fuit qui meruit a tanto apostolo: et doctore gentiū predicari. Laudem9 eum pariter et nos charissimi consona voce: corde: ore laudemus: 7 verum a deo medicum missum animaz predicemus eū Cuius omnia doctrine vba: nihil aliud resonare videntur: nisi animę langnentis esse medicinam. Preterea non immerito: iste tale fortitus est nomē. Lucas qdē eolice: in nostra autem lingua interpretatur consurgens siue eleuās. Recte itaq; consurgens siue ipe eleuās dicitur: qui a terrenis curis ad celestia cōsurgēdo eleuatus toto mētis conamine liber expeditusq; est dñm psecut9. Unde non destitit predicare psentibus in ergastulo adhuc carnis retent9: scribere sequacibus euangelium omnibus meruit: multosq; etiam verbo sue predicationis ad iesu christi perduxit fidem. Lec. iiij.

O Dominica atq; veridica psonans lōge lateq; euāgelica tuba sanctissime luca cui9 fragor eolicis qdē pmū intonās auribus: rigās cordis penetralia: istar celoz tonitrui. Demū vt psalmographus cecinit vates: nō soliū occiduas vsq; ptedit ptes tua vox: omni suauitate melliflua: s; 7 in oibus videlic; terre finib9 oci9 psonuit. O insignis pconij almitas euāgelice lucifer: ab orietib9 ptib9 renitēs nobis lumē fidei et celestis itineris patēs scādere callē: demōstrās. O aie salubre medicamētū beatissime luca: q velut nardi pistici pcio

actus. Hystoriā qȝ sequēs: carmine vera loqr. Alternis resonabo modis: qd littera pādit. Et res si qua mihi mystica corde dat. Dein de paulum secutus egregium doctorē gentium: vsqȝ ad triūphum passionis eius quē cū apostolo scō petro rome accepit: indiuiduus comes peregrinationis ac tribulationis eius existens pmāsit. Cui⁹ pcipue peregrinationis et sacre quippe doctrine gesta: eorūdē annectens apostolorū libello: ad laudem nominis ꝛ memoriā ipsorum: ꝛ vniuersalis ecclesie sancte stabilimētū cōposuit. Qui dum eundeȝ gloriosissimū paul.. idē venerabilis seqret lucas: in plurimis terre locis magnisqȝ tribulatiōib⁹: digne ab illo huiusmodi testimonio diligentie meruit laudari: sic enim chorinthijs de eo scribēs ait. Salutat vos lucas medic⁹: charissim⁹ me⁹ q ē i dño fidelis. Lec. iij.

Thimotheo vero illustri viro idē apostolus scribens ait. Lucas est mecum solus. Et in alio loco epistole sue locutus ait de illo: inter reliqua salutationis verba. Ecclesie dei que erat chorinti: misimus etiam et fratrē nostrū cuius laus est in euāgelio p omnes ecclesias nō solum: sed et ordinatus ab ecclesijs: comes peregrinationis nostre. Vere enim vt ita dicā omniū ore laudabilis hic dñi euangelista fuit qui meruit a tanto apostolo: et doctore gentiū predicari. Laudem⁹ eum pariter et nos charissimi consona voce: corde: ore laudemus: ꝛ verum a deo medicum missum animaꝝ predicemus eū Cuius omnia doctrine vba: nihil aliud resonare videntur: nisi anime languentis esse medicinam. Preterea non immerito: istetale sortitus est nomē. Lucas qdē eolice: in nostra autem lingua interpretatur consurgens siue eleuās. Recte itaqȝ consurgens siue ipe eleuās dicitur: qui a terrenis curis ad celestia cōsurgēdo eleuatus toto mētis conamine liber expeditusqȝ est dñm psecut⁹. Unde non destitit predicare psentibus in ergastulo adhuc carnis retent⁹: scribere sequacibus euangelium omnibus meruit: multosqȝ etiam verbo sue predicationis ad iesu christi perduxit fidem. Lec. iiij.

O Dominica atqȝ veridica psonans lōge lateqȝ euāgelica tuba sanctissime luca cui⁹ fragor eolicis qdē pmū intonās auribus: rigās cordis penetralia: istar celoꝝ tonitrui. Demū vt psalmographus cecinit vates: nō solū occiduas vsqȝ ptēdit ptes tua vox: omni suauitate melliflua: sȝ ꝛ in oibus videlicȝ terre finib⁹ oci⁹ psōuit. O insignis pconij almitas euāgelice lucifer: ab oriētib⁹ ptib⁹ renitēs nobis lumē fidei et celestis itineris patēt scādere callē: demōstrās. O aie salubre medicamētū beatissime luca: q velut nardi pistici pcio

si vnguentis redolēs: interiora pectoris nr̄i archana ꝑmulces ad sē
per mãsura gaudia: vbi nullus languor: null⁹ dolor: nullusq; gemi-
tus inuenit: voce incessabili inuitare omnino nō desistis. Recte et
enim huic ille cuiusdam poete epigrāmatis versicul⁹ potest aptari.
Uiuere post obitum vatē: vis nosse viator. Quod legis ecce loquor
(vox tua nēpe mea est. Lec. v.

Hec prorsus cū iā descripta es-
sent euāgelia: per matheū qppe in iudea: per marcū in italia: in-
stigāte sancto spiritu magis auditu quā visu: in achaia: boecieq; ꝑ
tib⁹ historie suū cōposuit: de quo sermone ab his traditū habuit: q
ab initio viderūt: et ministri fuerūt sermonis dei. Incipiēs a sacer-
dotū regūq; tēporib⁹: in hūc videlicet modū. Fuit in diebus hero
dis regis iude sacerdos qdā: nomine zacharias. Eā historiam ple-
na digestione ꝓsequit: huius itaq; strenuissimi euangeliste luce li-
brū: q per quatuor animalia: q̄ tuor euāgelij libros intelligēdos ar
bitrati sunt vituli speciē figurare nitūtur. Uitulus deniq; sacerdo
talis est victima: q̄ in redemptoris nostri imolatione cōpleta est: qui
pro salute toti⁹ mūdi in patibulo crucis suspensus: semetipsū deo
patri hostiā viuā exhibuit. De quo euangelista pulchre sedul⁹ plu-
raliter in paschali descriptione carminis sui: heroyco percurrens
metro ait. Iura sacerdotij lucas tenet ore iuuēci. Et paulin⁹ sancte
nolane sedis antistes: de isto dn̄i venerabili viro bene ludēs in versi
b⁹ ait. Hic medicus lucas primū arte deinde loquela. Bis medic⁹
lucas: vt quondā corporis egros Terrena curabat ope: nunc menti-
bus egris Composuit geminos: vite medicamine libros. Lec. vj.

Quid plura referā de hoc tam veridico eximioq; euangelista: q
meruit a tantis talibusq; doctorib⁹ laudari: hoc est ambrosio.
Hieronymo: et ab alijs quā plurimis: qui muri sunt ecclesiarū: et elo
quentie fontes. Quid vere digneq; resonem: ignoro. Cū mihi si fer
rea vox esset omniumq; membroꝝ meorū art⁹ verterent in linguas
plene in eius laude minime cuncta explere valeam: q̄ meret. Sz amo
re tanti viri ductus: non presumptiōis temeritatē gerēs: homo im-
peritus et conuictus precib⁹ charitatis. Hoc dilectioni vestre cha-
rissimi compulsus sum exarare. Nunc autem ea que omisimus pro
seq̄mur. Ecce eteni vt nr̄a roboret oris oratio: eiusdem luculēti do-
ctoris ābrosij exēpla nr̄o huic cōpēdioso opusculo ānectere nixi su-
mus. Sic eni dicit. Sāctissimus vero lucas velut quendā historicū
tenēs ordinem: pulchra nobis lector dn̄i miracula reuelauit. Ita ta
mē: vt omnes sapiētie virtutes euāgelij sui cōplecteretur historia.

Quem pleriqꝫ tradunt proselitum fuisse: et hebreas litteras ignorasse. Hic fuit pauli discipulus: et indiuiduus comes peregrinationis eius. Qui a pueritia castissimus: predicatiōis euangelice donū exercuit. Obijt septuagesimo tertio vite sue āno: sepultusqꝫ est in bitinia. Cuius ossa: ad constantinopolim vrbem vicesimo constantini anno cum reliquijs apostoli translata sunt. Scd̄m lucam.

IN illo tempore: dixit dominus iesus discipulis suis. Facilius est camelum per foramen acus transire: quam diuitem intrare in regnum dei. Omelia gregorij. Lec. vij.

SI facilius est camelum ingentibus membris enormē angustū foramen acus penetrare: quam diuitem intrare in regnum dei. Et quomodo vel in euangelio matheus. zacheus: et ioseph: vel in veteri testamento quam plurimi diuites: dei itrauerunt regnū: nisi forte quia diuitias vel pro nihilo habere: vel ex toto relinquere: domino inspirante didicerunt? Nunquid enim in regno dauid diuitijs confidebat: q et de semetipso canit. Quoniam vnicus ꝛ pauper sum ego: et alias hortatur: diuitie si affluāt nolite cor apponere. Credo nō ausus dicere: nolite suscipere. Nūqd abrahā domino substātiam ꝑtulisse credibile est: pro quo vnicum ferire non dubitauit heredem? Altiori aūt sensu facilius est christum pacisci a dilectorib⁹ seculi: quam dilectores seculi: ad christū posse conuerti. Cameli enī nomine se intelligi voluit. Quia spōte humiliatus: infirmitatis nr̄e onera sustulit. In quo enim manifestius intelligitur: quā in ipso qd̄ scriptū ē. Quanto magnus es: humilia te in omnibus. Per acum aūt: pūctiōes significat. Per pūctiōes: dolores ī passiōe susceptos

FOramen ergo acus: dicit angustias passionis: (Lectio. viij. quia cissuram nostram quasi vestimēta nature quodammodo resarcire: idest recuperare dignatus est. Quatinus post lapsū melius reformati gaudeamus ad testimoniū apostoli dicētis. Quicūqꝫ enim in christo baptizati estis christū induistis. Et dixerūt qui audiebant. Et quis potest saluus fieri? Quomodo pertinet ista responsio: Cū in cōparabilit̄ maior sit turba pauperū: q̄ diuitib⁹ ꝑditis potuerit saluari: nisi quia intellexerūt omnes q diuitias amant etiā si adipisci nequeāt: ī diuitū numero deputari. Ait illis. Que īpossibilia sunt apud homines possibilia apud deū sunt. Nō itaqꝫ accipiē dū ē quod cupidi ꝛ supbi q illius noīe diuitis significati sūt ī regnū celorū sunt intraturi cū suis cupiditatib⁹ ꝛ superbia. Sic possibile ē deo: vt per verbū eius sicut etiā factū esse et quotidie fieri videm⁹:

a cupiditate temporalium ad charitatem eternorum et a perniciosa superbia ad humilitatem saluberrimam conuertantur. Ait autem petrus. Ecce nos dimisimus omnia: et secuti sumus te. Lec. ix.

Grandis fiducia. Petrus piscator erat: diues nō fuerat: cibos manu et arte querebat: et tamen loquitur confidenter: dimisimus omnia. Et quia non sufficit tantum dimittere: iungit qđ perfectum est: et secuti sumus te. Fecimus quod iussisti. Quid igitur dabis premij? Qui dixit eis. Amen dico vobis: nemo est q relinquat domum: aut parentes: aut fratres. aut vxorem: aut filios: propter regnum dei: et non recipiat multo plura in hoc tempore. Et in seculo venturo vitam eternam. Quidam ex occasione huiusmodi sententie: iudaicam mille annorum fabulam post resurrectionem iustorum edificant: quando omnia que propter deum dimisimus: multiplici nobis sunt fenore reddenda. Insuper: et vita eterna donanda. Nec vident inepti: quod et si in ceteris digna sit repromissio: in vxoribus tamen iuxta alios euangelistas centenis appareat turpitudo. Presertim cum dominus et in resurrectione nubendū nō esse testatur. Et iuxta euangelistam marcum eaqȝ dimissa fuerunt in hoc tempore: cum persecutionibus accipienda cōfirmet. Quas vtiqȝ persecutiones illi ecclesiastice sicut et cetera contrarie mille annis suis omnibus modis abesse dogmatizant.

In natale sāctarū nunilonis et alo.

Actū ē igit̄ āno icarnatiōis dn̄i noningē (die. x.) tesimo quinquagesimo primo: in regione hispanie sarracenorum abderahmē pnceps precepit omni regno suo: vt quisqȝ vel ex vno vel ambobus gētilibus parentibus: quod illi iuxta propriam linguā mollites vocant christianus existeret: aut christum filium dei negaret: aut gladio succumberet. Accidit aūt in territorio berbetano iuxta antiquissimum locum qui dicitur castrobigeti: in villa abosca esse duas germanas a patre vt suspicatur: in vico paruulas derelictas: a matre christiana ab infantia nutritas: et in fide christi fideliter educatas: que maior nunillo: minor vero alodia dicebantur. Cumqȝ ad intelligibilem peruenissent etatem: ceperūt ambe in fide christi proficere ieiunijs: orationibus: atqȝ vigilijs incumbere: sanctorumqȝ solennitatibus sedulis excubijs pernoctare: hec ita pagerēt. s. minor in pueritia. maior autē in adolescentia an

nos ingressa: matre defuncta: in propria sunt domo derelicte a parentibus. Et quia inter suos non ignobiles erant orte progenie: cepit quidam earum propinquus ut narrantium fama comperimus: eas sepius instigare: ut relicta fide catholica ad patris sectam reverterentur. Le. ij

Sarraceni namque antiqua progenies deam venerem eiusque filium luciferum propensius excolebat. Dum hoc itaque agereretur anno ferme sexcentesimo post domini ad celos ascensionem: videns antiquissimus serpens: iam pene per omnem mundum xpi evangelium intonare: timens miser ne omnes gentes ipse penitus perderet: ad pristinam se artem convertit: et transformans se in angelum lucis ad quendam arabicum et versutissimum hominem nomine mahomat in angelum lucis se transformans accessit. Qui inter cetera nefanda hoc primum preceptum edocuit ut pote per angelum: unum et verum deum solum colere: non habentem patrem vel similem: nec equalem. Ut ista mendacij simulatione christum prophetam tantundem dei scirent: et nec deum: nec dei filium crederent. Tu autem. Lectio. iij.

Per hanc ergo callidam artem: gens arabica male decepta: usque hodie a fide christi aliena perdurat: et sub antiqua consuetudine: veneris diem per omnem ebdomadam exequitur: et stella ipsius meretricis usu antiquo ieiunij respectat. Ad huius errorem supradictus propinquus: dei famulas subdere cupiens perrexit ad proconsulem loci nomine halaph quem in lingua caldea amirantem vocant: easque ut hostis pessimus callide accusavit. Qui statim eas ad se adduci precepit. Sancte vero dei virgines discalciatis pedibus venientes sistitur presidi. Qui audiens eas non posse revocari minis nec precibus a xpi dogmate: miserans etatem illarum iussit absque iniuria in propriam reverti domum. Reverse igitur ceperunt se exhortari in xpi amore: et se ipsas vigilijs et orationibus roborare. Hec vero videns propinquus ille zelo insanie amplius inardens: perrexit ad regem zumahel: quem hispania ad urbem oscam prepositum atque vicarium miserat: cepitque eas vehementius incusare. Lec. iiij

Quod ut rex audivit: illico sanctas dei sub omni celeritate sibi presentari precepit. Cumque ad eius presentiam consisterent cepit cum eis agere: ut xpianorum legem dimitterent: et sic temporali vita melius uterentur. Que cum sermonibus eius blandis et promissis non acquiescerent: iussit eas seorsum diligenti custodia recipi. Suscepte itaque martyres dei per singulos dies promissionibus terroribusque tentantur. Expletis igitur temptationum diebus quadraginta ante diem productionis beata alodia orans nocte dominum illustra

tur celestilumie ita vt filia custodis carceris ex tēta pberet ei gressū post orationē: illucescente die rogat carceris custodē: vt sorore suā videret. Cui illico custos cōsensit: et sorori sue sociari fecit. At ille in uicē sociate nutriuerūt se amplexib⁹: et i fide xpi se corroborauerūt Die vero altera añ regē adducte: cū pmissiones et dona eius sperne rent: ait furibundus. Nisi cōsenseritis gladio vos ferire precipio. Ad hec virgines xpi responderūt. Fac qd tibi placet: mori parate sumus: christum quē credimus nunquā negabimus. Lectio. v.

Tunc iubente rege: tradite sunt cuidā apostate q relicto presbyterio dei filiū negauerat vt sicut ille ita eas apostatare fecisset. Quas cum in parte tulisset: et blādimētis minisqz pro vt potuit eis suasit: vt mollites se facerent sicqz viuerēt. Ait sancta nunilo. Dic nobis si aliquādo moriemur. Certe iquit apostata: aliquādo moriemini. Cui illa. Melius est mori pro christo quam intrare in gehennam. Post hec verba cuz tertio interrogarent: et omnino nō acquiescerēt: lictori dixit maiori. Prepara te: et extēde ceruicē tuam. At illa apprehēsis crinibus capitis circumligās se lictori dixit. Feri velociter. Et eleuatum gladiū in altum: deposuit super eam non in medio ceruicis loco: sed in mandibula. Cadensqz corpus eius in terra paululū crura eius nudata sunt. Quod cernēs soror ei⁹ festinās cōtracta veste contexit. Quod factū multitudo hominum mirantur. Cumqz sorori eius diceret rex: consenti nō moriaris: eleuās oculos suos: ipsa vidit animā sororis sue in specie colūbe: et ait. Expecta me soror mea. Hec dicēs apprehensam sindonē suam sibi in ceruice alligauit: apprehēsisqz crinibus capitis sui: extersit faciem suam: et fixis genibus super corpus sororis sue: prebuit se percussori: et vno ictu amputatum est caput eius. Tu autem. Lectio. vj.

Corpora vero earum: intra ciuitatē auibus deuoranda relicta sunt. Sed diuina virtute: nec lingere quidē potuerunt: nec muscе insidere desuper valuerunt. Cum tale miraculū impij viderent: iumento eas fune pedibus in extremo foris ciuitatem duxerunt: in locum qui dicitur furcas: vt licentius ab auib⁹ bestijsqz deuorarentur. Sed cuz multitudo auiū ferarumqz aduenirent: virtute dei duo vultures venerunt: qui omnes alias aues et feras abegerunt. Sicqz christiani accepta licentia: at operta linteo sepelierunt. Ipsi vero increduli nocte viderunt lucerne luminaria. Et hoc regi denunciātes ipsemet miser protinus vidit. Post alteram diem: iussit rex iniqu⁹ ne a christianis tollerentur eas effodi: et ad ciuitatem deduci: ibiqz in

profunda fouea sepeliri: multumq; agerem terre: ⁊ lapides grādes desuper ingeri. Ubi luminaria accensa nocte videntur: ad honorē domini nr̄i iesu Christi. Qui viuit ⁊ regnat in scl'a seculorū. Amen.

In natale sanctorum Seruandi ⁊ Germani. Lectio .i.

Beatissimi martyres Seruandus ⁊ Germanus: quorum passionis clarissimus illuxit dies: magni ⁊ nobiles genere: cū infra annos haberent animos graues: gratiam baptismi perceperunt: ⁊ in nomine Jesu christi eijciebant de obsessis corporibus demonia: ⁊ membra multorum diuerso fessa languore curabant. Eorum vero temporibus dum fremeret in christianos seua persecutio: cum essent fortiores alijs seuiora tormenta vincebant. Tunc namq; in illa persecutione corporis ⁊ neruorum coniunctione grauiter dissoluti: maiores in Christi nomine ⁊ confessione habere meruerunt. Post tempestatem vero furoris ⁊ ruinam multorum: cum respiciēte domino: trāquillitate reddita ecclesie reluxisset pax: seruando ⁊ germano confessoribus primum martyrij corona: per alteram victoriam parabatur. Tu autem. Lectio .ij.

Postq; dimitti iussi sunt: quicunq; in vinculis: in penis: ⁊ ī carceribus ⁊ in tormentis erant. Seruandus ⁊ Germanus dimissi non ad refectionem temporalem animum relaxabant: nec vitam huius seculi esse aliquid cōputabant: cum eternam a deo quererent vitam. Simulacra itaq; gentilium que stulti homines deos esse putabant: cum locis eorum ⁊ edificijs: ⁊ aris penitus dissipabant: vt hominibus fatue mentis errorem vane superstitionis auferrent: ⁊ sic adducerentur miseri de morte ad vitam: ⁊ de tenebris ad christi clarissimum lumen. Tu autem. Lectio .iij.

Plurimi itaq; per eos ceperunt horrere sacra funesta: relinquētes propter hoc idola: quia cōfracta de oībus christianis nulla se arte poterant vindicare. Credebant itaq; in christi nomine currētes ad ecclesiam domini: agētes gratias domino iesu christo: peccatorum sordibus expiati. Sed hoc quam citius zabulus gemiscit: inuidus seuit: ⁊ iterū in pectora iudicum temporalium: virus serpentinum infudit. Jubet itaq; iudex iniquus: vt sancti martyres seruādus ⁊ germanus rursus raperentur ad vincula; rursus ad tormēta que expiata iam vicerant. Tu autem. Lectio .iiij.

De sanctis seruādo z germano.

Nouissime illam glīosam futuris martyribus inuiderat morte: cepit quā primū optare vt illis inferret: quoz operibus iustissimis videbat sua sacra funesta subuersa. Stimulante itaqz zabulo: sancti martyres post ↄfessionis coronas ita gloriosi: pulchrius triū phaturi de morte: z de zabulo subijciūtur ī vinculis: penis: duris: qz tormētis: cur illa simulacra ad quoz aras sacrificare ↄsueuerāt dissipassent. Sed quemadmodū credere vel excogitare poterat ferocissimus iudex: modis exquisitis: penaruz generibus reseruabat: z ne quid inausum vel intentatū sceleris relinqueretur: circulis ferreis iussit colla eoz felicia circūdari: z ligari religiosas manus. Le.v.

Cum autē preses nomine viator vicariam agens prefecturam ex ciuitate emeritensi: de prouincia lusitanie: ad mauritanie ꝓuinciam pergeret iussit illos post se trahi vīculis ferreis colligatos ne ab eorū exitijs aliqua pena cessaret. At illi durum laborē itineris: grauati catenis: fame: siti: equo aīo tollerabant fortissimi milites christi: vt de inīmico iudice z zabulo hoste: acrius triumpharēt. Cū enim alij in vinculis haberent merorē: dolorē: gemitus: illa pena itineris longioris: seruando z germano pro merore gaudium erat: leticia pro lamētatione. Tandē enim cū venissent ad fundū cui nomen erat vssiano: q est in territorio gaditano. Huic enim loco diuina grā magnū lumen infudit: vt conuentus gaditanus tanto diuino munere illustraretur martyrum passione: q tāta glīa indigere videbat̄: illuxit dies passionis eorū in vssianensi loco: qz prefect⁹ viator cū eēt ibi sententiam dedit: vt seruandi z germani colla: carnifices amputarēt. Tu autem domine. Lectio.vj

Huc ergo ducūtur ad collē: vbi ē sublimior locus: q ē circunstātib⁹ agris velut in specl'o cōstitutus. Ibiqz flexis genib⁹: tacite orantes deū: exceperūt sacris ceruicib⁹ gladiū: offerētes se deo victimaz mundā. Passi sunt vero ꝓ fiducia veritatis dei: decimo kalēdas nouēbris: sub glīosa morte vitā ꝑpetuā cōsecuti. O multū beata terra gaditana: q̄ gremio suo beatissimorū sanguinē suscepit: vbi mors est vita cū zabulo: vbi fortissimi milites xp̄i in tali triūpho ad imortalitatē sunt adducti sub glīosa morte: sed hispalēsiuz z emeritēsium vrbes magnam sunt eorum passionum gratiam consecute. Siquidem germani corpus emeritensis altrix terra suscepit. Quod iuxta eulaliam ceterosqz martyres ī cimiterio datum ē bone sic sepulture. Seruandi vero corpus in cimiterio hispalēsi: inter iustam z ruffinam beatissimas martyres sepultū cum honore quiescit

regnante dño nr̃o iesu xp̃o: qui cū pr̃e ꝛ spū scõ viuit. ꝛc̃.

¶ In natale sanctoꝝ crispini ꝛ crispiniani martyrum. Lectio. i.

Natale sanctoꝝ crispini ꝛ crispiniani: quos rictionarus prefectus catenis vinctos duxit ad maximianum. Qui cuz introissent ad eum: idē maximianus eis dixit. Ex quo genere estis: aut cui deoꝝ famulatum impenditis? Sancti vero martyres fulti supni regis presidio impio audacter regi respondētes dixerunt. Rome nobili orti progenie. In gallias aūt ꝓ christi nominis amore: fatemur nos venisse: q̄ ē deus ver⁹ creator oīm cū pr̃e suo: ꝛ spū scõ regnās in trinitate ꝑfecta: cui seruimus in fide ꝛ dilectione deuoti. In cui⁹ etiā vsq₃ ī finē ꝑseuerare cupim⁹ seruitio scõ. qb⁹ dictis: ira replet⁹ maximian⁹ ait. Per v̄tutes deoꝝ si i hac stulticia ꝑdurauerītis multis vos afflictos male perdā tormētis: vt sitis ceteris exemplū: pessima morte cōsumpti. Nā si respiciētes dijs sacrificaueritis meis: ditari vos faciā opib⁹ multis: ꝛ honore sublimari videbo īsigni. Prefati martyres respondētes: nos illatis minis vis terrere qbus nūc xp̃s ꝛ mori lucrū ē. Pecuniā tuā tuā: ꝛ bonores quos polliceris: tuis da. Nam ista olim ꝓ amore christi nos gaudentes fatemur reliquisse. Quem ꝛ si ipse cognoscēs diligeres non solum diuitias ꝛ īperiū: verū etiā ꝛ vane demonij deuotissime renunciares culture: quo renūciante vite premiū perciperes sempiterne. Nam si in istis vanis perstiteris: similis simulacro cuz diabolo cruciandus: in infernū demergeris. Lec. ij.

Maximianus dixit. Sufficiat bacten⁹: vestris plures perisse maleficijs. Inclinati scī martyres dixerūt. Miser impie ignoras deum: qui te regnare impiū permisit indebite. Cuius vane reguz in terris decertans: conaris destruere. His auditis maximianus furens indignatiōe rictiouaro eos sub iurationis vinculo: dure tradidit cruciandos dicens. Per virtutes diane: que orbē terre sue subdidit ditioni cōiuro: vt hos furciferos diuersis penis affligas: ꝛ pessima morte consumas. Tunc impij principis minister impius: impietatis iussis obtēperās: ꝑclaros martyres extēsos troclea cedi fustibus iussit. At hi in tormētis cōstituti: mēte celestia cōtēplātes dicebāt. Respice in seruos tuos ꝛ in opa tua dñe: ꝛ dirige ꝛ adiuua nos: vt ꝑficiam⁹ opus tuū sine macula xp̃e. Audiēs aūt eos rictionarus

in tormētis: quos eiulare pre dolore credebat orantes indigne tulit vehementer: ꝛ iussit subulas in vngulis eorū mitti: ꝛ lora singulis de dorso tolli. Quā iussionē dū ministri efficacit̄ conarent̄ implere martyres sci inter acerrimos penaꝝ dolores spe gaudentes: i tribulatione patiētes: orabāt dn̄m ꝛ dicebāt. Judica dn̄e iudiciū nr̄z: ꝛ libera nos ab hoīe iniquo ꝛ doloso. His itaqꝫ orantibus exilierūt subdes de vngulis eoꝝ: ꝛ ministros ꝑcutiētes: quosdā īterfecerūt. Tūc rictiouar⁹ furore īsaniēs: molas ad singloꝝ colla iubet suspēdi: ꝛ hyemis tēpore in fluuio: cuius vocabulū est axona: velut sub glacie demergi. At illi scuto diuine protecti v̄tutis dicebant dn̄o leti. Super aquā refectionis educabis nos dn̄e. Sꝫ famulāte creatura sua deo martyres eius nec aq̄ mergere nec petre premere: nec frigus potuit stringere: sꝫ poti⁹ q̄si estiuis lauacris delectari: ꝓiecto molari onere ad alterā natātes illesi ꝑuenerūt fluminis ripam. Lec. iij.

Hoc viso rictiouar⁹ miraculo instigante diabolo exagitat⁹ ira: iussit eos rursus vinctos custodiri: donec plūbū iniectū igni liquefieret in quo martyres sanctos consumendos demergeret: sed eos quos xp̄i dextera ꝓtegat inuicta illesos reddidit ignis. Qui etiā martyres sci electos pueros inter caldaycas flāmas imitabant̄ cātantes hymnū: orabāt dn̄m ꝛ dicebāt. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄ ꝛ ꝓpter honorē nominis tui dn̄e libera nos: ꝛ ꝓpitius esto peccatis nr̄is ꝓpter nomē tuū. Ne forte dicant gētes vbi est de⁹ eorū? Quibus hec orātibus: exiliēs guta plūbi feruētis in oculū rictiouari: ꝛ grani dolore cruciās excecauit afflictū. At fremēs ꝛ possessus insania: dū medelā corpis animeqꝫ debuit implorari: mortē sibi accelerauit insaniēs. Nā picē adipē oleūqꝫ simul iussit feruere: ꝛ sctōs denuo martyres in eā p̄cipitare quasi cōsumēdos pena p̄cepit. At vbi ministri obtēperātes ꝑfecerūt cūcta: q̄ sibi ab impio fuerār impata sancti martyres spei sue immobiliter incūbētes: alacres fiducialit̄ deo in orone dixerūt. Potēs es dn̄e de⁹ nr̄ de illatis ab ipso liberare nos tormētis. Et sicut voluisti nos ꝓ cōfessione tui nominis pati ita ad cōfusionē diaboli et satellitum eius: ꝛ ab hac pena illesos velis educere. Mox oratione finita eduxit eos angelus dn̄i sine dolore ab igne. Tunc vidēs se inimicus nihil illatis aduersus xp̄i martyres preualuisse supplicijs: sese concit⁹ furijs rictiouar⁹ precipitauit in ignē: et ita morte pessima vitā finiuit indignam. Lec. iiij

O Quā iustum mirumqꝫ diuine equitatis iudiciū: vt qui multos xp̄i martyres ad celorū regna ꝓperātes ignis iterimerāt crucia

tibus: ipsi ad eterni ignis ꝑpetuos cruciatus igni ꝑcipitarentur con
sumpti. Hec victores videntes martyres deuote dño precē fuderūt
vt eadem collucta tione ostensum est q̄d illucescēte die percepturi
laboris ac confessionis sue premiū triūphatores incl yti reciperētur
a dño. Que statim visio rei geste exhibitione ipleta est. Nā maxim
ianus mox audita satellitis sui rictionari ꝑditione: vtrūq; crispinū
videlicet ⁊ crispinianū: gladio punire ꝑcepit. Qui iā imminēte cer
uicibus suis gladio: gratiarum domino actionem persoluentes di
cebāt. Grās agimus tibi dñe: q nos de hoc sclo eripis: ⁊ ad te ve
nire ꝑcipis clemētissime. Et his dictis āputatis capitibus ꝑciosa in
conspectu dñi mors sanctoꝝ: octauo kalendas nouēbris felices cō
sumauerūt martyriū: sepulti in ciuitate sessonas.

In nāle scōꝝ vincētij ⁊ sabine ⁊ chri

(stetis. Le. i.

In dieb⁹ ill: dū p multas ciuitates multas cedes scōꝝ dacian⁹ ipi⁹ tyrān⁹ ꝑpetrasset veniēs elborā: officiū ꝑmonet suū: vt quoscūq; inuenisset christianos cōspectui suo presentarēt. Statimq; repertum adolescentē nomine Uicētium cuius meritum nomem commitabatur suū: comprehēsum eius conspectui sistunt. Quem videns dacian⁹: blandiendo eū decipere desiderās ait. Cui⁹ secte es: Uincenti⁹ cuius iā spūs celo herebat respōdit. Xp̄m colo ex cui⁹ noīe xp̄ian⁹ vocor a iuuentute.

Le. ij

Datian⁹ dixit. Indulgeo iuuētuti tue: q̄d nō dū ad solidū prudētie robur ꝑueneris: tūc consultū tibi erat: si q̄si me prez tuum audieris: ⁊ dijs sacrificaueris. Uicētius dixit. Solido intellectu carēt: q relicto deo viuo ligna ⁊ lapides colūt. His ⁊ huiusmodi resꝑōsionibus: datianus furore replet⁹: dixit. Aut sacrificet deo ioui: aut in eo loco vbi sacrificare cōtēpserit: diuersis penis addit⁹: moz

(te turpissima cōdēnet. Le. iij.

Qumq; duceret: vt deo ioui sacrificaret: in vna plateaꝝ veniētī: subito lapis q plāte subiacebat ei⁹ diminit⁹ ita mollitus ē vt puluerē eē crederēt. Et in ipso cuiuslibet: velut metalli in cera: ita sigillū pedis: lapis ille demōstrauit. Q̄d ꝑdigiū vsq; hodie sic habet. Territi tāto miraclo: milites inquīt. Nihil tale fecert cultores nroꝝ deoꝝ. Pro q̄ re eū domi custodiedū a datiano petūt. Quo cōcesso triduo: mltī p ꝑdicationē ei⁹

(dño animas suas reddiderūt. Le. iiij

Tunc due germane eius sabina ⁊ cristetes: cellam vinculorum eius ingresse:

tales cũ gemitu dabãt voces. Cui nos perituras relinquis? Quis putas erit dominus noster? Aut quis virginitatẽ nostrã: more barbarico violabit? Paulisper germane: audi lamẽtabilẽ suggestionẽ nostram: simulqꝫ fugam arripiamus: vt si fugientes a persecutoribus preoccupati fuerimus simul deo animas tradamus. Si autem euaserim⁹: quantũ tecũ cum pudore longam duxerimus vitam: tantum a deo nobis cumulabitur sanctitas. Victus tandem fletibus germanarũ: vincentius sanctus et sorores pariter fugam arripientes: alacri ꝑfectu cornipedum euectatione abulã confugiũt. Statim qꝫ eos indicio cuiusdam sacrilegi: velociori equitatu cruentissimi ꝑsecutores assequũtur. Quos in memorata vrbe repertos spoliantes crudeliter vinxerunt: et extra portam educẽtes in locũ qui nunc vestigia vocatur: sigillatim sursum ac deorsum in eculeo extensis diuaricatis membrorꝫ compagibus diuersis eos dissipauere verberibus: ꝯfitentes deum patrem et filiũ et spũm sanctũ: z colla lapidib⁹ superposita fuste desup crebro. Tali martyrio parit aĩas tradiderunt. (Lec. v.

Inhumata corpora eorum milites et ne sepeli rentur: comminantes ad datianum summa cum leticia nũciare regredũntur. Unde credo nec vana mihi fides est: ideo nullum humanum obsequium excubijs vigilasse: ne honori meritum diuina custodia deesse crederetur: subito nutu dei ex cauernis terre serpentina egressa est belua que viuentes consueuerat deglutire: cepitqꝫ sinuosi sui corporis flexu capite sublimato: mortuos xp̃i custodire.

Iudeus quoqꝫ: quodam itinere comeans dum corpora (Lec. vj. sanctorum inuiseret: illico serpens ille scamea colla sublimans facto impetu volubiliter: corpus suum circundatuꝫ veluti vinculis astringens: verticẽ eius hominis tantum caput supereminebat. Stetitqꝫ vnius fere hore spatio immobilis: et deo inspirante oculos sursum erigens, promisit se facturum christianũ: et ecclesiam honori eorum edificare. Quo dicto paulatim serpẽs ille tortuosa vincula soluens rapido ictu fugiens subito nusquam cõparuit. Iudeus vero christianus effectus: basilicam in qua corpora sanctorum tumulauit: construxit. In qua siquis puro corde fideli deuotione et fide prõpta orauerit: statim petita vltro adueniunt: et omnis infirmitas amouetur. Prestante domino nostro iesu christo qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum amẽ.

In nẽ aploꝝ simõis z iude. Lec. j.

De sanctis symone ⁊ iuda.

Symon itaqȝ chananeꝰ et iudas zelotes apl'i domi
ni nr̄i iesu xp̄i cū ꝑ reuelationē spiritꝰ sancti ꝑsidem
fuissent regionē ingressi: inuenerūt ibi duos magos
zaroē: et arfaxat: q a facie sancti mathei apostoli de
ethiopia fugerāt. Erat aūt doctrina eoꝝ praua: ita
vt deū blasphemantes: deū dicerēt tenebrarū: moy
sen dicerēt maleficū. Omnes ꝓphetas dei: a deo tenebrarū missos
assererēt. Animā hōis ꝑtē dei habere dicerēt: corporis vo figmē
tū a deo male factū. Et ideo cōtrarias sibimet eē substātias: in qui
bus letat̄ caro: aīa cōtristat̄: et in qbꝰ exultat anima: corpꝰ affligi-
tur. Solē et lunā deoꝝ numero applicantes: ⁊ aquā simul diuitatē ha-
bere dicebāt. Dei aūt filiū dn̄m nr̄m iesum xp̄m fātasma fuisse: nec
verū hominē ex vera virgine natū: nec vere sepultū: nec vere passū
nec vere tētatū: nec de tertia die resurrexisse a mortuis affirmabāt.
Hac predicatione polluti ꝑsides. Post zaroen et arfaxat: C. ij.
meruerūt inuenire doctorem: ꝑ beatos apostolos symonē et iu-
dā: idest dominū nostrū iesum xp̄m: q se dixit spiritū sanctū de celo
missurū: iuxta promissum dicētis. Vado ad patrem: et mitto vobis
spiritum paraclitū. Sed rex assiriacꝰ licet gentilis: dixit eis. Omni-
bus notū est iudeos crucifixisse iesum: et die tertia resurrexisse. Sā-
cti itaqȝ apostoli iudas zelotes: et symon chananeꝰ cū ingressi es-
sent ꝑsidem occurrit eis p̄fectus baradach dux regis babiloniorū
cui nomē erat xerses. Hic aūt cōtra indos: q fines ꝑsidis inuaserāt
suscepit bellū. In comitatu aūt eius erant sacrificatores: et arioli ⁊
magi: et incantatores: q per singulas māsiones sacrificātes demo-
nijs dabant responsa fallacie sue. Illa autem die cōcidētes se: ⁊ sā-
guinē suū effundētes nullū penitus potuerūt dare respōsum. C. iij.
Perrexerūt aūt ad phanū vicine ciuitatis: illic ꝯsulētes demōia
dedit qȝ mugitū demō ⁊ dixit. Dij q vobiscū comitat̄: eūtibus
ad p̄liū nō possunt vobis dare respōsa: qꝛ apl'i dei ibi sūt. Unꝰ dicit̄
symō ⁊ alt̄ iudas. Isti aūt tātā v̄tutē cōsecuti sūt a deo: vt nullꝰ de
audeat illis p̄sentibꝰ loq. Tūc baradach dux exercitꝰ regis xersis:
fecit eos inqri. Quos cū inuenisset: cepit ab eis q̄rere vnde essent:
aut q essēt: aut q̄re venissēt ibi. Cui scūs apl's symō dixit. Si genꝰ q̄
ris hebrei sumꝰ. Si ꝯditionē: sumꝰ ꝯui dn̄i nr̄i ihu xp̄i. Si causā q̄ris
salutis vestre causa venimꝰ huc: vt relicto errore simulacroꝝ: deū q
in celis ē possitis agnoscere. Cui respondens baradach dux: dixit.
Nūc interī ad p̄liū vado indoꝝ: qd ꝓposuerūt inuadētes fines ꝑ:

indis: et medoꝝ: qui se cū auxilijs cōtra nos ꝓmonerūt: et nō est oportunū mihi: vt de his discutiā. Cū vero felix fuerit reuertēdi successus: audiā vos. Lec. iiij.

Dixit ei scūs iudas apl's. Modo magis congruū est: te cognoscere illū cui⁹ ope et auxilio possis victor existere vel certe eos q rebelles sunt pacatissimos inuenire. Dixit eis baradach dux. Nr audio deos nr̄os nō esse ausos corā vobis positos dare respōsū: vos nobis futura p̄dicite: vt quos belli exit⁹ habituri sim⁹ possim⁹ scire. Dixit scūs symō apl's. Ut cognoscas errorem hoꝝ: quos putas tibi futura predicere: dam⁹ illis potestatem respōdēdi tibi: vt dū dixerint q̄ ignorāt: ꝓbem⁹ eos p omnia esse mētitos. Dicit eis baradach dux. Utinā q̄dē possit fieri: vt interrogati loquāt. Dicūt ei ambo apl'i. Modicū sustine ⁊ iubem⁹ demones loqui. Cūq3 orationē fudissent ad dn̄m: dixerūt. In nomine domini nr̄i iesu xp̄i p̄cipim⁹: vt more solito detis respōsa his qui vos interrogare ɔsueuerūt. Ad hāc vocē ceperūt fana dicere: grande bellū futurū eē. ⁊ ex vtraq3 parte posse interfici preliātes. L. v.

Tunc apostoli dei: ex abūdātia leticie: etiā in risum excitati sūt. Dicit eis baradach. Me timor inuasit: et vos ridetis: Dicūt ei apostoli. Cesset timor tuus: quoniā i ingressu nostro pax nobiscū in istam prouinciam intrauit. Nam hodie intermitte professionē: ⁊ crastina die hac hora idest tertia venient ad te quos premisisti cum legatis indorum: qui vobis terras inuasas: restitutas imperio vro nunciabunt: et solutis tributis aditum referent: ⁊ ciuitati vestre ad quascumq3 conditiones volueritis gratant consentientes pactum firmissimum stabilibunt. Simili modo pontifices: risum leuauerunt dicentes. Domine dux noli credere istis hominibus vanis mendacibus: aduenis et ignotis: qui ideo talia loquūtur: vt non teneantur quasi exploratores. Isti autem dij qui numquam fallunt: dederunt tibi responsum: vt sis cautus et sis sollicitus. Isti autem volunt te reddere securum: vt dum minus cautus fueris: possis ex improuiso acrius laborare. Quod cum omnia venissent secundum verbū apostolorum: et sacerdotes templorum essent meriti: iussit dux omnes facultates eorum apostolis dari. Qui renuentes: dixerunt. Nobis non licet aliquid possidere super terram: q3 nr̄a possessio i celis est.

Audientes hec zaroes et arfaxat: dixerunt regi. Isti Lec. vj. homines maligni sunt: et nisi adorauerint deos tuos: iube eos puniri: dicit eis dux. Habete cum illis conflictum: et si viceritis eos abijciantur. Magi dixerunt. Ut sciās illos nobis presentibus nō

posse loqui: iube hinc astare aliquos eloquentissimos et potentissi-
mos in lingua nostra: et precipe illis vt habeant nobiscum confli-
ctum: et si ausi fuerint: probabis nos esse imperitos. Quod cum fa-
ctum fuisset. omnes illi aduocati magicis artibus muti facti sunt.
Post hec reddita est a magis locutio: ⁊ ablata deambulatio. Hoc
audientes apostoli fecerunt interpellare pro eis ducem vt venirent
ad se: et facto signo crucis super eos: intrauerunt ad regem cum du
ce: et non potuerunt illis preualere sicut pri9. Cumqꝫ insultassēt co-
ram rege aduocatis magis: ⁊ dicerent regi. Ista stercora abijcienda
sūt ne forte putredinē gerāt oīb9 habitantib9 isti9 terre. Ad hec ma
gi irati mltitudinē ſpētiū fecerūt venire. Vidēs hoc rex fecit veni-
re aplos. Apostoli aūt ipleuerūt pallia sua d ſpētib9: ⁊ iniserūt sup
magos. Quo facto ceperūt comedere carnes magoꝝ: ⁊ vlulabāt
p dolore. Cūqꝫ rex rogaret aplos: vt pmitterēt eos mori: nō acqeue
rūt: sꝫ oratiōe facta abstulerūt illis ſpētes ⁊ miserūt vt redirēt ad lo
ca sua. Tertia vo die: cū iam in eo essēt vt pīe expirarēt: dixerūt illis
apli. Surgite sani habētes liberā facultatē. Illi: aūt pmanētes in p
fidia sua: fugerūt a facie aploꝝ ⁊ excitauerūt simulacroꝝ cltores p
totā psidis regionē ad aploꝝ inimicicias. Apli aūt a rege: ⁊ duce ro-
gati: morabant in babilōia: faciētes mirabilia. Habebant aūt dis-
cipulos multos ex quibus ordinabāt presbyteros: et diaconos: et
clericos: et ecclesias construebant. Scđm matheum.

In illo tpe. Misit dñs ihus duodeci discip̄los suos: p̄cipiens
eis ⁊ dicēs. In viā gētiū ne abieritꝭ: ⁊ in ciuitates samaritanorū
ne intraueritis. Omelia beati gregorij. Lec. vij.

Cum cō(stet oib9 frēs charissimi: qꝛ redēptor nr̄ i mūdū vēit p redēptiōe
gētiū: cū samaritāos q̄tidie ad fidē vocari ɔspicim9: qd ē qđ in p̄di
catione discip̄los mittēs dicit: in viā gentiū ne abieritis: ⁊ in ciuita-
tes samaritanorū ne intraueritis: sed poti9 ite ad oues que perierūt
dom9 israel: nisi hoc quod ex facti fine colligim9: qꝛ prius solis iu-
deis voluit: et postmodum cunctis gentibus predicari. Ut dum iu-
dei vocati conuerti renuerent: predicatores sancti ad vocatiōnē gen
tiū p ordinē venirēt: q̄ten9 redēptoris nr̄i p̄dicatio: a pprijs repul-
sa: gētiles populos q̄si extraneos q̄reret. Et qđ iudee fiebat in testi-

Erāt etiā tūc q de (moniū: hoc gētilib9 grē eēt īcremētū. L. viij.
iudea vocādi eēnt: ⁊ q d gētilib9 vocādi nō eēnt. Nā ⁊ i aploꝝ
actib9 p̄dicāte petro legim9: ⁊ pri9 hebꝛeoꝝ tria milia: ⁊ postea qnqꝫ
milia credidisse. Et cū predicare apostoli gētilib9 in asia voluissent

p spm̄ prohibiti esse memorat: 7 tñ ipse sp̄us qui p̄us predicationē prohibuit: hanc asiano7 cordibus postmodū fudit. Nā diu est: q̄d asia cūcta iā credidit. Idcirco ergo p̄hibuit prius q̄d postmodū fecit: q2 tūc in illa erant q saluandi nō erāt. Tūc in illa erāt: q nec dū advitā reparari mererent: nec tñ granius de cōtēpta predicatione: iudicandi. Subtili ergo occultoq3 iudicio ad quozūdā aures predicatio sancta subtrahit: q: suscitari per grām nō merētur. Uñ necesse ē frs charissimi vt in oē q̄d agim⁹: oipotēti sup nos dñi ɔsilia teneamus: ne dū mens nr̄a exterius fusa a sua voluntate se nō reuocat: intus cōtra eā iudex terribiliter aduersa disponat. Quod bene psalmista intuēs ait. Uenite 7 videte opa dñi quoniā terribilis in consilijs

Vidit nāq3 q̄d alius miseri- (super filios hominū. Lec.ix. corditer vocatur: alius iusticia exigēte repellit. Et q2 alia parcēdo dn̄s: alia trāscēdēdo disposuit: expauit q̄d penetrare nō potuit. Et quē nō solū inuestigabilē in oībus suis sentētijs: s3 etiā inflexibilē vidit: terribilē in cōsilijs super oēs memorabat. Missis aūt p̄dicatoribus: quid precipiatur audiamus. Euntes predicate dicentes q2 appropinq̄bit regnū celo2ū. Hoc iā fratres charissimi: etiā si euāgeliū taceat mundus clamat. Ruine nāq3 illius: voces ei⁹ sunt. Qz enī tot attrit⁹ pcussionib⁹ a g̃lia sua cecidit: quasi iā nobis et proximo: regnū in aliud q̄d sequitur ostendit. Ipsis iā3 a quibus amatur: amatus est: ipse ruine p̄dicant. Si enī ruinā dom⁹ quassata minaretur quisquis in illa habitaret aufugeret. Et recedere d̄lexerat: q uāto cius a cadente festinare. Si igit̃ mūdus cadit: 7 nos eū amando āplectimur: oppmi volum⁹ potius quā habitare. Quia nulla nos rō a ruī. a illi⁹ separat: quos eius passionib⁹ amo2 ligat. Facile ergo est nūc iā cum destruenda oīa cernim⁹: alum nr̄m ab eius dilectione disiungere. Sed hoc illo tpe difficillimū fuit: quo tūc predicare celorū regnū inuisibile mittebātur: cū lōge lateq3 oēs cernerent: florere regna terrarū. Unde 7 adiūcta sunt predicatoribus scīs miracula: vt fidē verbis daret ostensa: 7 noua p̄dicaret. Sicut in hac eadē lectione subiūgitur. Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate: demones eijcite.

In natale sancti quītini

N gallis augusta vernandorū: (martyris. Le.i. passio scī q̄tini martyris: qui rome senatorio ordine editus: s3 amore xp̄i tpe maximiani imperatoris

gallias aggressus: maximis predicationibus: signis et miraculis: gloriose enituit. Cuius fama rictiouarus prefectus audita: iussit eū perquiri: et cōprehensum catenis astringi ac carcere mācipari Deniqȝ ex officio sibi exhibitū percūctata religione: quia idolis sacrificare contēpsit: durissimis fecit flagellis cedi. In qua cessione oculis mētis et corporis ad celū directis domino gratias agens tortoribꝫ ei⁹ in terra ruētibus: celitꝰ voce delapsa: talē diuinā meruit allocutionē. Quintine inqt cōstās esto: viriliť age. Ego aūt, adero tibi

Ursusqȝ catenatus in carcerē recludiť. Ubi angelica (Lc. ij. visione visus: ductuſqȝ vniuersas eiꝰ carceris custodias transiens ad locū ostensum venit. Longaqȝ populis predicatione perorata: ferme ad sexcētos viros vsqȝ conuertit. Qua indignatione rictiouarus stomachatꝰ: ac in tātū trocheis torqri precepit: vt mēbra eius vi durissima solui cogerentur. Insuper et vesticulis ferreis excedi: et oleum cādens: picem et adipē feruentissimam dorso applicari: ac calcē: acetum: sinapimqȝ ori eius iubet infundi. Iterum et ponderosis catenisꝰ collū ligari: et duas sudes ferreas a ceruice vsqȝ ad crura: itemqȝ decem clauos inter vngulas et carnem trāsfigi. Quibus diuina virtute superatis: ad vltimū capite iussit eum plecti: et corpus illius nocte in fluuio subplumbari. Lec. iij.

Amputatoqȝ capite: mox visa est velut colūba candida sicut nix de collo eius exire: et liberrimo volatu celū penetrare. Corpus vero eius: qđ in flumine semiuiuū subplumbatū fuerat: post annos quinquaginta cuidam romane matrone ab angelo reuelatū est et ab eadem inuentum in municipium: quod augusta veromandorū nuncupatur: octauo kalēdas iulij sepultum. Eodem die natalis sancti cesarij diaconi: et iuliani presbyteri. Qui videlicet cesarius tempore claudij veniēs ex africa: ad taracinam campanie ciuitatem: dū contra idolatras proclamaret in publico: tentus est a firmino pontifice: et in custodia reclusus: vbi diebus multis maceratus: deinde traditus est leōcio consulari campanie. Quem ille cum verbis superare negret: iussit vinctum ante carpentū suum duci ligatis manibꝰ nudū vsqȝ ad templum apollinis: quo cum peruenisset: ad orationē eius corruit tēplū: et occidit pontificem firminum. Post hec reclusus in carcerem: a luxurio primario ciuitatis: fuit ibi per annū et mē sem vnum. Deinde eductus in forum ab eo dum oraret: celesti est luce circumdatus: ita vt ipse leoncius crederet: et cesarium: qui erat nudus: sua clamide indueret: ac baptizaretur: et corpus et sanguinē

domini accipere de manu iuliani psbyteri. Nec mora dicta sup eu; oratione tradidit spiritū tertio kalēdas nouēbris. Tūc luxuri⁹ iussit iulianū et cesariū mitti in saccū: et precipitari in mare. Qui eodē die reiecti sūt ad litt⁹: et sepulti ab eusebio serno dei: iuxta vrbē taracinam: et idē eusebi⁹ postea martyriū passus est cū felice psbytero.

In festo omnium sanctorum. Lec. j

Legimus in ecclesiasticis historijs fratres charissimi: quod sanctus bonifaci⁹ papa: q quartus a beato gregorio romane vrbis episcopatū tenebat: suis precib⁹ a foca cesare impetrauit: dōari ecclesie xpi templū rome: qđ ab antiqs pantcō antea vocabat quia hoc simulacru; esse omniū videret deorū. In quo eliminata omni spurcitia: fecit ecclesiam sancte dei genitricis marie: atq; omniū martyrū xpi: vt exclusa multitudine demonum: m̄ltitudo ibi scōrū in memoria haberet. Et plebs vniuersa i capite kalendarum nouembriū: sicut in die natalis domini ad ecclesiam in honore omnium sanctorum consecratam conueniret: ibiq; missarū solennijs a presule sedis apostolice celebratis: omnibusq; riteper fectis: vnusquisq; in sua cum gaudio remearet. Ex hac ergo consuetudine sancte romane ecclesie: crescente religione christiana decretum est: vt in ecclesijs dei que per orbem terrarum longe lateq; construuntur: honor et memoria omnium sanctorum: in die qua prediximus haberetur. Et quidquid humana fragilitas per ignorantiam vel negligentiam seu per occupationem rei secularis: in solemnitate sanctorum minus plene peregisset: in hac sancta obseruatione solueretur: quatenus eorum patrocinijs protecti: ad superna polorū gaudia peruenire valeamus.

Nunc ergo fratres charissimi in omnium primordijs sanctorum nos nominare: laudare: et glorificare: condecet eum qui cūctos condidit sanctos: per quem omnia facta sunt: per quem cuncta subsistunt elementa: Cuius maiestas nec incipit: nec desinit in seculum. Unde merito omne principiu; ac finis creature nominatur: vt de eo per quendam prudentem dictum est. Omnis sapiētia a domino deo est: et cum illo fuit semper: et est ante euum. Altitudinem celi et latitudinem terre: et profundu; abissi quis mensus est? Arenā maris: et pluuie guttas: et dies seculi quis dinumerat? Ipse solus inuestigare metiri: ac dinumerare hec omnia potest: qui celi ambitum sua circū-

et sapientia: et profundum abissi sua penetrat virtute. Et egregius ille versificator: dei sapientiam omnia posse atq3 nosse: considerabat dicens. Qui stellas numeras: quarũ tu nomina solus: Signa potestates: cursus: loca: tempora: nosti. Cuius principium atq3 virtute3 apostolus spiritu sancto preuentus: supra modũ inuestigare ĩhumanum commemorabat dicens. O altitudo diuitiarum sapientie ꝛ scientie dei: q̃3 incomprehensibilia sunt iudicia eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei? Quoniã ex ipso et per ipsum: et in ipso sunt omnia: ipsi honor et gloria: in secula seculorum amen. Lec. ij.

Beatissima virgo maria: que interpretatur domina siue illuminatrix: clara ex stirpe dauid: virga iesse: hortus conclusus: fõs signatus: mater domini: templum dei: sacrarium spiritus sancti: virgo sancta: virgo feta: virgo ante partum: virgo in partu: virgo post partum: salutatione3 ab angelo suscepit: et mysterium conceptionis agnouit: partus qualitatem inquirit: ꝛ cõtra legem nature obsequij fidem non renuit. Quam dominus ipse in cruce positus: per sanguinis testamentum virginem virgini commendat discipulo: vt ipsum virgo mater haberet vite comitem: que3 filius nouerat integritatis esse custodem. Hanc quidem vt dicit isidorus in libro officiorũ non corporali sed spirituali passione asserunt ab hac vita migrasse: pro eo quod iustus symeon complectens brachijs suis infantẽ christum prophetauerit matri dicens. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quod quidem incertum est vtrum pro materiali gladio dixit: an ꝓ vbo dei: fortiori omni gladio ancipiti. Spiritualit ta mẽ nulla docet historia: mariã gladij animaduersione perẽptã: q2 nec obit⁹ eius, vspiam legitur: nec sepulchrum reperitur. Beatus tamẽ hieronymus ad paulam et eustochium scribens beatissimam virginem mariã dicit a corpore naturalit migrasse: ꝛ in vallis iosaphat medio sepultã fuisse. Sed quia ei⁹ sepulchrũ vacuum esse ostẽditur: multi nostrorum dubitant: vtrũ assumpta fuerit simul cũ corpore: an abierit relicto corpore. Quomodo aũt vel quo tẽpore aut a q̃bus personis corpus eius sanctissimũ ibi sepultũ vel inde ablatum fuerit: vel vbi transpositum vtrum ve resurrexit nusquã legitur: q2 inter catholicos libell⁹ de eius transitu nõ reperit. S3 quamuis nõ nulli asseuerẽt eã resuscitatã: ꝛ beata cũ christo imortalitate in celestib⁹ vestiri Melꝰ ẽ tamẽ eiusdẽ hieronymi dsslio deo cui nihil ẽ ipossibile totũ cõmittere q̃3 aliud incõsulte desinire: qd̃ sine periculo

nescitur. Unde de his ex quibus certissimus tantis perloquamur ad edificationem nostrã qualicumqz sermone: ad laudẽ et gloriam nominis dei: vt religio conseruet᷑ pro famulatu. Quia hec est virgo que sola interemit vniuersam hereticam prauitatẽ: sola sit post dñz que nos confirmet in omni veritate: suisqz cõmẽdet meritis: et precibus auxiliet᷑: vt et ipsi digni inueniamur in eius laudibus. Cuius mire et ineffabilis pulchritudinis intuitum: salomon contemplator celestium laudare desiderans: ait in canticis. Vidi speciosam ascendentẽ quasi columbã: desuper riuos aquarum. Vere speciosaz quasi columbã: quia illius speciẽ columbe ac simplicitatem premõstrabat: q̃ super dominum venit: et docuit ioannem: quod hic est qui baptizat. Et bene desuper riuos aquarum: quia super aquam refectionis educauerat: ex qua aqua multi deducti riui: omnem irrigant terram virtute deliciarum et infundunt hortum voluptatis: ex quibus condita et plota et perfusa beata dei genitrix regnat cum christo super angelos et archangelos speciosa valde: cuius odor inestimabilis erat nimis: et ideo ineffabilis: ad cuius profecto fragrãtiam odoris: omnis illa celestis hierusalem leta discurrit: quam circundabãt flores rosarum: et lilia conuallium. Et quod omnes anime martyrio rubicate: eam eterne dilectionis complectuntur amplexib᷒: et virginitatis splendore candidate ac si lilia in valle humilitatis enutrita: circumdãt eam in venerationis gratia obsequentes. Bene inquit circumdant eam flores rosarũ indesinenter: eius admirantes pulchritudinem inter filias hierusalem: in qua posuit rex tronum suũ: qz concupiuit eius speciem ac decorẽ. Fuit enim plena charitate et dilectione. Idcirco sequitur eam purpuratorum exercitus: et cãdidatorum grex. Quam si diligentius aspicias: nihil virtutis et speciositatis: nihil candoris et glorie est: qd᷑ ex ea non resplendeat. Et ideo bene circundant eam flores rosarum: et lilia conuallium: vt et virtutes virtutibus fulciantur: et formositas decore castitatis augeatur. Nam omnis splendor quanto illustratur fulgore suo sublimius: tanto apparet sacratior: licet subiectis eximior predicetur. Sic et genitrix beata dei: cuius plantatio ac si nobis rose in hierico specialibus refulsit: virginitatis enituit: circũdata officio charitatis. Subnititur sanctorum claritas: vt eius ãplior gloria cõmendetur: que super angelorum choros collocata: iam beatissima predicatur. Unde et si mirabilis est eorum virtus et firmitas perpetuitatis: mirabilior est tamẽ in maria: quam obũbrauit virt᷒ altissimi: vt super

omnem virtutem sit angelicam: quod factum est in ea: et admirabile cunctis seculis sacramentū. Et per hoc etiā āgelis extūde maior p̄statur gratia cū instaurantur ab ea oīa que venerantur et adorant super se christū regē dn̄z natum ex eadē virgine. Hinc et maria cūctis angelis et archangelis sanctisq̄ oībus tāto venerabilior q̄nto gratiosior: et quāto virtute altissimi extollit̄ ad sublimia tanto clarior resultat ī glīa. Plena siqdez grā: plena deo: plena v̄tutib⁹. Nō potest nō possidere plene glīaz claritatis eterne: q2 plenissime accepit: vt mr̄ fieret saluatoris. Quā viderūt oēs filie syō: et beatā dixerūt ac regine laudauerūt eā: quo suam tm̄ eam viderūt: quantum null⁹ explere potest mortaliū: quanto magis quidē q talē ac tātam eaz fecit: vt ipse fieret per eā. Unde dauid. Et homo in quit nat⁹ est in ea: et ipse fundauit eam altissimus. Beata igit̄ talis ac tanta natiuitas beata et supnoz ciuiū societas: et admirabilis charitatis eoz vnanimitas. Ubi nullus angeloz nullus archāgeloz nō dico beate marie virginis verum neq̄ alicui⁹ sanctoz inuidet glīaz: sed totū in altero vnusq̄sq̄ possidet q̄d gratis p̄statur oib⁹: vt de oib⁹ in oib⁹ et ab omnibus honoret̄ et glificetur deus: q viuit et regnat trinus et vnus per infinita scl'a seculoz amē. Lectio. iij.

Qui superna celoz regna spiritib⁹ angelicis decorauit: ad laudē et gloriam atq̄ honorem sui nominis: ac maiestatis in ppetuum miro decens ordine collocauit. De quib⁹ plura loq pertimescimus q2 soli deo scire est: quomodo vl̄ quemadmodū eoz nobis inuisibilis absq̄ cōtagione: seu diminutione: ī sua sola puritate cōsistit natura. Sed tm̄ nouē eē ordines angeloz ad dei iudicia discernēda: ac ministeria cōplēda: testante sacro eloquio cognouimus. Quoz principatus atq̄ potestates: subtiliter ac mirabiliter: dei oīpotentis nutu distinguuntur. Alij ex illis ad nos in mūdū missi futura p̄dicēdo perueniunt. Alij ad hoc sunt cōstituti vt p eos signa et miracula frequentius fiant. Alij subiecti angeloz spiritib⁹ presunt: eisq̄ ad explenda diuina mysteria ac disponenda principantur. Alij mira potētia ceteris preeminēt: p̄ro eo q̄d ad obediendū. alia angeloz agmina eis subiecta sunt. Alij a tanta diuinitatis gratia replentur: vt in eis dominus sedeat: et per eos sua iudicia discernat. Alij tanto perfectiori scientia pleni sunt: quanto claritatem dei vicinius contemplantur. Alia vero ita deo coniuncta sunt āgeloz agmina: vt inter hec et dominū nulla alia intersunt. Qui tanto magis ardent amore quanto subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciunt. Tales vt di

ximus a primordio incipientis vite: beatorum spirituũ distinctiões in supernis celorum regnis a deo conditore in perpetuum mirabilitẽ collocate subsistunt. His omnibus fratres charissimi tam decoris ac deo dilectis angelorum agminibus: huius diei solennitatem credimus esse consecratam. Sed ecce dum celestium ciuium secreta rimamur: supra modum nostre fragilitatis digressi sumus. Taceam⁹ interim de secretis celestibus: ⁊ ante conditoris oculos tergam⁹ peccatorum maculas: vt ad eos de quibus loqmur peruenire valeam⁹

Lectio. iiij

Adhuc tamẽ aliquid de hac eadem tam pulchra atq3 preclara festiuitate loqui incipiamus: que non solum angelorum vt prediximus spiritibus: verum etiã sanctis omnib⁹: qui in terra sunt: ab exordio mundi procreati: honorabiliter dedicata consistit: e quibus primi fuerũt patriarche: viri religiosi: atq3 gl'iosi i vita sua. Patres prophetarũ ⁊ apostolorũ: quorũ memoria non relinquetur: ⁊ nomẽ eorum manet in eternum: quia deo digni inuenti sũt: fide preclari: hospitalitate precipui. Astuti in sensu: sapiẽtes in operebus secularibus locupletati. Reparatores orbis atq3 retractores Justicia insignes: lõganimes in spe. Obediẽtes in p̃ceptis: ⁊ creduli in promissionibus. Susceptores angelorum effecti: facie ad faciẽ deum videntes. In consilio prudentes: in prelijs victoriosi. Statum mundi regentes: sceptrum regni obtinentes. Quorũ imperij posteritas non cessauit: quousq3 christus ex eorum germine per vterũ intacte virginis: qui ẽ spes omniũ gentium: natus in mũdo coruscãdo miraculis apparuit: atq3 totius orbis monarchiã capiendo retinuit. Mox seqtur electio ,pphetarũ: cũ quib⁹ locutus est de⁹: ⁊ ostẽdit illis secreta sua: vt ea que vẽtura erãt quasi presentia: spũ sancto illuminati agnoscere atq3 enunciare possint: ⁊ principibus populorum ventura predicerent: alij in vtero: alij in puericia: alij in iuuentute: atq3 alij in senectute deo cogniti: ⁊ sanctificati inuẽti sunt: fide pleni: deuotione summi: industria solertes. Excellenti ingenio prediti: in exercitatione discipline instructi: sancta meditatione assidui: metuq3 mortis intrepidi: verberabant tyrannos: sacrilegos interfecerunt. Clauserunt effrenatis hymbribus celum: iterum parcendo aperuerunt. Peccata populi plangentes: eorum se vltioni opponẽtes. Multis quoq3 miraculorum insignijs effulsere: hominum infirmitates curabant: mortuorum corpora resuscitabant: christi vero per virginem natiuitatem: ac passionem: vel resurrectionem siue ascensionem: spũs sancti aduentum futurum: consumationem mũdi:

iudicium dei: clara voce predixere. Hos omnes procul dubio venerandi hui⁹ diei festiuitate nullo modo priuatos: consortes esse eam intuendo speramus. Nos ergo fratres charissimi antiquorum memoria precedentium patrum quos ante legem & sub lege scriptura sancta demonstrante cognouim⁹: ad hoc tantummodo proferim⁹: vt facilius intelligere valeatis: quanta vel qualis sit huius sacratissimi presentia diei: que omnibus his de quibus loquimur cõstat honeste dedicata in secula seculorum. Nunc ergo reuertamur ad eos quos vnda baptismatis & effusio sanguinis christi ab errore patrũ derelictos a squalore vetuste gentilitatis in vno testamento per gratiam spiritus sancti abluendo purgauit. Quorum oculi beati: qui christum in carne venientẽ videre meruerunt. Huius tam preclare visionis: ioannes baptista qui eodem angelo quo xps renunciante conceptus est: in exordio predicationis atq; baptismatis primatum tenebat. Qui iesum peccata mundi tollentem viuendo agnouit: ac digito demonstrauit. Quo inter natos mulierum non surrexit christo testante maior. Qui merito precursor domini: preco iudicis: propheta altissimi nũcupatur: quia non dum editus christum in mundũ venturũ prophetauit: & ad redemptionem animarum ad inferos descendentem: gloriosa precucurrit passione. Tu autem domine.

Lectio. v.

Hic athlete dei electorum concordat duodenus apostolorũ numerus: quos a primis miraculorum virtutibus ad componendum noue fidei fũdamẽtũ erigẽdũq; adhuc tenere statũ ecclesie: prudentia diuina ex omnibus quos capiebat munus elegit. Ut in omnem terram sonus eorum exiret: & in fines orbis terre eorum procederent verba qui vere vinee: idest christo tanquam palmites sunt adherentes: quorum fructus in sempiternum permanẽs: non marcessit: quibus ipse dominus locutus est dicens. Uos estis lux mundi. Et non potest ciuitas abscondi supra montem posita: nec accendunt lucernam: & ponunt eam sub modio sed supra candelabrum: vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et sic luceat lux vestra corã hominibus: vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrũ qui in celis est. Et iterum iam non dicam vos seruos: quia serui⁹ nescit quid faciat dominus eius. Uos autem dixi amicos: quia omnia quecunq; audiui a patre meo nota feci vobis. Et quodcunq; ligare voluissent sup terrã: ligatũ eẽt in celis. Et quodcũq; soluerẽt super terrã solutum in celis esse promisit. Et iterum cum venerit ad

iudicādū secū eos super sedes duodecī eē sessuros: ⁊ secū iudicaturos oībꝫ terre predixerat. Hi fuerunt discipuli xp̄i: p̄dicatores fidei ⁊ doctores gētiū. Qui dū oēs vnū sint: singli tñ eorū puncijs certisqꝫ locis in mūdo ad predicandū sortes p̄pas acceperūt. Petrus namqꝫ romam accepit. Andreas achayā. Jacobus hispaniā. Thomas indiam. Joānes asiā. Mathe⁹ macedoniā. Philippus gallias. Bartholome⁹ licaoniā. Simō zelotes ⁊ iudas f̄res iacobi: egyptum ⁊ mesopotamiā. Mathias iudeā. Jacobus fr̄ dn̄i: hierusalē. Paulo aūt aplo: cū ceteris apostolis: nulla sors p̄pa tradit: q: in omnibus gētib⁹ magr̄ ⁊ predicator eligit̄. Nā sicut petro ⁊ religs: circūcisionis apostolat⁹ est datus: ita paulo p̄pucij in gentib⁹. Hic tñ septem ecclijs ⁊ tribus euāgelizauit discipulis. Talib⁹ vt credimus patronis hec dies subiecta declaratur. Lectio. vj.

His subiectū ē triūphale martyrū nomē: q p diuersa tormētorꝫ genera: xp̄i passionē nō lassātib⁹ precordiorū mētibus imitabant. Alij ferro perēpti. Alij flāmis exusti. Alij flagellis verberati. Alij cruciati patibulo. Alij pelagi piculo. Alij viui descoriati. Alij vinculis mācipati. Alij liguis p̄uati. Alij lapidib⁹ obruti. Alij frigore afflicti: alij fame cruciati. Alij vero truncati manibus: siue ceteris cesi mēbris: spectaculū contumelie in populis: multa p̄pt̄ nomē dn̄i crucis afflictionē nudi portantes. Hi sunt triumphatores ⁊ amici dei: qui contemnentes sceleratorū iussa p̄cipū modo coronātur ⁊ accipiunt palmas laborum: q fūdati erāt supra firmā petrā: idest christum. De talibus et huiusmodi: apostolus mente compunctus ingemiscens ait. Sancti ludibria ⁊ verbera exptī: in super ⁊ vincula ⁊ carceres. Lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circuierūt in melotis: ⁊ in pellibus caprinis: egētes: angustiati: afflicti: quibus dignus nō erat mundus. Et cetera. Et beatus papa gregorius in expositione cuiusdam euangelij: de istiusmodi bellatoribus: querimoniam faciendo. Ecce inquit dilecti dei: carnem domant: spiritum roborant: demonibus imperant: virtutibus coruscant: p̄sentia despiciunt: eternā patriam vocib⁹ moribusqꝫ p̄dicant: eam etiam moriendo diligunt: atqꝫ ad illam per tormenta p̄tingunt. Occidi possunt: ⁊ flecti nequeūt. Et si coram hominib⁹ tormenta passi sunt: spes eorum immortalitate plena ē. In paucis vexati in multis bene disponuntur. Quoniam deus tentauit eos: ⁊ inuenit illos dignos se. Tanquam aurum ī fornace probauit illos: ⁊ quasi holocausti hostiam accepit eos. Nunc ergo martyrum christi cer

tamina atq; victorias audiuimus: eis nimirum hunc diẽ tanto credimus sanctificatũ quanto in semetipsis vt sanctificarẽt laborare per tormenta non cessauere. Secũdũ matheum.

In illo tpe: videns dominus iesus turbas ascẽdit in montẽ. Et reliqua. ¶ Ex sermone p̃cedenti. Lectio. vij.

Christi vero sacerdotibus atq; doctorib⁹ siue cõfessoribus: huius festiuitatẽ diei non ignotã esse credim⁹: qui corda fidelium spiritualiter: quasi himbrib⁹ irrigant celestibus: vt feliciter p̃ferre immarcessibilem bonorũ operũ possint fructũ. Qui talenta sibi credita non solũ reddere: verum etiã cum vsura sine fraude amplificare procurarunt. Quia bonũ qđ per gratiam sancti spiritus intelligẽdo didicere: non sibimet tantũmodo: sed ⁊ aliis subiectorum mentibus profuturum secũdũ apostoli preceptũ arguẽdo: obsecrãdo: increpando: curamq; faciẽdo inserere nitebãtur. Quorũ mẽs lucidissima: manus vero plene sunt mundicia. Eo quod in mẽsa altaris sacrosancta christi corpis ⁊ sanguinis mysteria celebrãtes: ⁊ in sui cordis penetralibus hostiam viuam deoq; placentẽ: idest: semetipsos sine macula atq; sine ãmixtione praui operis offerre non desistut: ⁊ licet persecutorũ non sensissent gladiũ: tamẽ per vite meritũ deo digni martyrio non priuãtur: quia martyriũ nõ sola sanguinis effusione sed abstinentia peccatorũ: ⁊ exercitatione dei preceptorũ p̃ficit.

Inter ceteras triumphatorũ omniũ christi militũ Lec. viij. laudes: quas ergo hodierna celebritate leta per orbẽ recolit ecclesia: ⁊ beatarũ quoq; virginũ gl'iosas in carne victorias memorie cõmendantes: deum cui nihil impossibile ẽ in sanctis opib⁹ suis mirabiliẽ collaudemus: qui tãtã in sexu femineo contulit virtutis cõstantiam: vt ex ipsius electis animabus: tanquam ex diuersis gemmarũ coloribus aut ex cãdidis purpureisq; rosarũ ac liliorũ florib⁹ aula celestis picta resplendeat. Talib⁹ siqdẽ sanctis animabus eminet illa beatissima dei genitrix ⁊ virgo maria: q̃ sola sine exẽplo placuit altissimo. Que cuz sit omniũ ṽginũ forma viteq; ⁊ morũ singularis disciplina: sue altissime humilitatis verbis ⁊ exẽplis admonebat domino deo adherẽtes: perituri lux⁹ seculi spernere: ⁊ a lenociniis mortalis nature declinare: carnis pudiciciã cũ virginitatis honore intra cordis hospitia obseruare. Eaq; omniũ virtutũ regina fructus salutis perpetue sociam esse angelorũ suis affirmabat exẽpliis ita vt innumerabilis vtriusq; sex⁹ multitudo eius seq̃retur vestigia ⁊ relictis nuptialis vite copulationibus: spretaq; liberorum propa

gine: sponso qui in celis est: perenni mente: actu ꝛ habitu: ꝛ gestu: se
applicare maluerit. Orationibus instantes: ieiunijs adherentes: vi
gilias sacras adamantes: elemosinas sectantes; pauperes recrean-
tes: nudos vestientes: infirmos visitantes: tribulatione gaudentes
in verbis calumnie vel contumelie patiētes: in augmēto sue pfecti-
onis humiles: in damno rerū tempalium gratias agentes. Hec om-
nia ꝛ his similia ꝑ desiderio regni celestis ꝛ ꝓpter vite eterne remu
nerationem: ardentissimo amore indesinenter atq; libēter peragunt
ꝛ sic in charitate dei ac proximorū amore perseuerantes: deo soli vi
tam finire gaudent. Tu autē. Lectio. ix.

Hodie dilectissimi omnium sanctorū sub vna solennitate leticia
celebramus festiuitatem. Quorū societate celum exultat. Quo
rum patrocinijs terra letať. Quorum triumphis ecclesia sancta co
ronatur. Quorū cōfessio quanto in passione fortior: tanto clariorē
in honore. Quia dum creuit pugna: creuit ꝛ pugnantium gl'ia: ꝛ mar
tyrij triumphꝰ multiplici passionū genere adornať. Per quē quā-
to grauiora fuere tormenta: tanto gratiora fuere ꝛ pmia: dū catholi
ca mater ecclesia per totum orbem terrarum longe lateq; diffusa: in
ipso capite suo christo iesu: edocta est contumelias crucis ꝛ mortem
nō timere: magis magisq; roborata nō resistendo sed tamē perferē
do. Uniuerso autē quos agmine inclyto carcer penalis inclusit: pa-
ri ꝛ simili calore virtutis ad gerendū certamē: gloria triūphalis in-
spirauit. O vere mr eccl'ia: quā sic honor diuine dignationis illumi
nat: quam vicentium gloriosus martyrū sanguis exornat: quam in
uiolate confessionis candida induit virginitas. Floribus eius: nec
rose nec lilia desunt. Certent nunc charissimi singuli: ad vtriusq;
honoris amplissimā dignitatē: vel de virginitate coronas habere
candidas: vel de passione purpureas. In celestibꝰ castris pax ꝛ aci-
es habēt flores suos: quibꝰ milites christi coronātur: dei enim inef-
fabilis: ꝛ immēsa bonitas etiā hoc preuidit: vt laborū quidē tēpus
ꝛ agonis non extenderet: ne longum faceret eternum sed breue: et
vt ita dicam momētaneū: vt in hac breui ꝛ exigua vita agones essēt
ꝛ labores: in illa vero que eterna est: corona ꝛ premia meritorū: vt la
bores quidē cito finirētur: meritorum vero premia sine fine durarēt
Ut post mūdi huius tenebras visuri essent candidissimam lucem: ꝛ
accepturi maiorē passionū cunctarū acerbitatibus beatitudinē. Te
stante hoc apostolo: vbi ait. Non enim condigne sunt passiones hu
ius temporis: ad superuēturā gloriā q̄ reuelabitur in nobis. Quos

leto sinu de prelio reuertētes: ciuitas celestis excepit: ꝛ de hoste prostrato trophea ferētib⁹ occurrit. Cū triūphātib⁹ viris femine veniunt: que cum seculo sexū quoqꝫ vicerūt et geminata glīa milicie virgines cū pueris: teneros annos ṽtutibus transceūtes. Sed et cetera fidelium turba: aule ꝑpetue regiā intrant: q̄ sinceritatē fidei inconcussis p̄ceptorū celestiū disciplinis: viteqꝫ pacem obseruauerūt. Ergo agite nūc fr̄es aggrediamur iter vite: reuertamur ad ciuitatē celestē: in qua scripti sumus ꝛ ciues decreti. Non sumus hospites: sꝫ ciues sanctorū et domestici dei. Etiā illi⁹ heredes coheredes āt xp̄i. Huius nobis vrbis ianuas aperiet fortitudo: ꝛ fiducia latū p̄bebit ingressum. Consideremus ergo inclytam vrbis illi⁹ felicitatē: illi⁹ in quātum considerare possibile est. Ut enim vere hanc cōprehēdere nullus sermo sufficiat dicit̄ de ea in quodā loco sic: q̄d aufugiet vbi dolor: ꝛ tristicia ꝛ gemit⁹? Quid hac vita beati⁹ vbi nō est paupertatis metus: nō egritudinis imbecillitas. Nemo inuidet: cupiditas nulla exardescit: nullū cibi desideriū: nullū nulla honoris pulsat āt potestatis ābitio: null⁹ ibi diaboli met⁹: īsidie demonū nulle: terror ꝑcul: neqꝫ corpis: neqꝫ aīe: sꝫ imortalitatis munera fecūda. Nulla erit tunc vsqꝫ discordia: sed cuncta consona: cuncta conuenientia. Quia omnium erit sanctorum vna concordia. Pax cuncta ꝛ leticia continens: tranquilla sunt omnia ꝛ quieta: iugis splendor. Nō iste qui nunc est: sed tanto clarior quāto felicior. Quia ciuitas vt legit̄ illa non egebit lumine solis: sed dominus omnipotens illuminabit eam: ꝛ lucerna eius est agnus. Ubi sancti fulgebunt vt stelle in perpetuas eternitates: ꝛ sicut splēdor firmamēti: qui erudiuit multos. Quapropter nox ibi nulla: nulle tenebre: cōcursus nubiū nullus: nec frigoris: ardoris nec aspitas vlla: sed talis quedā erit rerū tēperies quā nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: nisi illorum q̄ ea digni inueniuntur: quorū noīa scripta sunt in libro vite. Qui ꝛ lauerunt stolas suas in sanguine agni: ꝛ sunt aū sedem dei seruierūtqꝫ ei die ac nocte. Nō est senect⁹ ibi neqꝫ miseria: dum oēs occurrunt in virum perfectum: in mēsuram etatis plenitudinis xp̄i. Uerum super hec omnia est consorciari angelorum ꝛ archangelorū cetibus: tronis etiam ꝛ dominationibus: principatib⁹ ꝛ potestatib⁹: omniū celestiū supernarūqꝫ virtutū cōtuberniis pfrui: ꝛ intueri agmina sanctorū splendidius syderibus micantia: patriarcharū fide fulgentia: ꝛ ꝓphetarū spe letātia: apostolorū in duodecī tribubus orbē iudicantia: martyrum purpureis victorie coronis la

centia: ṽginũ quoqꝫ choros candẽtia serta gestantes: inspicere. De rege autem qui bonorum medius residet: dicere vox nulla sufficit. Ef fugit enim omnẽ sensuz humane mẽtis excedit decus illud: illa pul chritudo: illa ṽtꝰ: illa gloria: illa magnificẽtia: illa maiestas. Ultra enim omnem sanctorum est gl'ia ipsius inextimabilẽ aspicere ɔspe ctuz ꝛ splendore maiestatis eius irradiari. Si enim quotidie oporte ret nos tormenta perferre: si ipsam gehennam paruo tempore tolle rare vt christum videre possimus in gl'ia venientem: ꝛ sanctorũ etꝰ numero sociari: nonne erat dignum pati omne quod triste est: vt tã te bonitati glorieqꝫ participes haberemur. Que erit illa fr̃es cha rissimi iustorũ gloria: quam grandis sanctorꝝ leticia: cũ vna queqꝫ facies fulgebit sicut sol: cum ordinibus distinctis populum suũ do minus in regno patris sui ceperit recẽsere: ꝛ meritis atqꝫ operibus singulorum premia promissa restituere: pro terrenis celestia: pro tẽ poralibus sempiterna: pro modicis magna prestare: adducere san ctos in visionem perpetue glorie: ꝛ facere in celestibus cõsidere: vt sit deus omnia ĩ omnibus: eternitatemqꝫ amatoribus suis ꝛ immor talitatem largiri: atqꝫ eos quos sanguinis sui viuificatione repara uit: denuo ad paradysum reducere: regna celoruz fide ꝛ veritate sue pollicitationis aperire. Hec hereãt firmiter sensibꝰ nostris. Hec in telligãtur plena fide. Hec toto corde diligãtur. Hec indesinẽtiũ ope rum magnanimitate acquirantur. Res posita est in potestate facien tis: quia regnũ celorum vim patitur Res ista o homo: idest regnum celeste aliud non querit preciũ: nisi te ipsum. Tantum valet: quãtuz tu es. Te da ꝛ habebis illud. Quid turbaris de precio? Christus se metipsum tradidit: vt acquireremus regnum dei patris. Ita ꝛ tu te ipsum da: vt sis regnum eius: ac non regnet peccatũ in mortali tuo corpore: sed spiritus in acquisitionem vite. Hac igit̃ operum saluta rium delectemur palma prestante deo domino nostro iesu christo: q cum patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat: in secula seculorum Amẽ.

In natale sanctorum

Nicostrati ꝛ sociorum. Lectio. i.

Rome natalis sanctorum martyrum: Claudij: Ni costrati: Simphoriani: Castorij: ꝛ Simplicij: im peratoribus Diocletiano ꝛ Maximiano. Hi cum essent artifices insignissimi ꝛ marmorum celores

probatissimi imperatori diocleciano valde sunt facti accepti. Cum itaqꝫ tempore quodam essent quadraturis marmorum intenti: et artem suam signo christi munirent: ⁊ ad voluntatem ipsorum artificiũ fieret: horum vnus simplicius: qui adhuc pagano errore tenebatur: dixit ad quatuor reliquos. Adiuro vos per deum solis: vt quis iste deus sit dicatis mihi in cuius nomine vos tam bene operamini. Cui simphorianus. Si potes credere tibi: et mox non tantum artem consequeris: sed et vitam eternam habebis. Quem cũ in fide solidatum beato cirillo episcopo consignasset: idem episcopus baptizauit eum: et christo dño credere informauit. Non multo post accusati a philosophis quod christiani essent: et quod deum esclapium fingere sicut preceperat iperator ex marmore porphiretico et proconico noluissent: dioclecianus iussit cuidam tribuno lampadio: sub moderatione verborum eos audire. Lu. Lec. ij.

Quibus idem lampadius dixit. Adorate deum solem: vt destruatis consilium philosophorum. Qui respondentes dixerũt. Nos numquam adoramus facturam manuum nostrarum: sed adoramus deum celi et terre: qui imperat in eternum iesum christum filium dei. Reclusi sunt igitur: in custodia publica. Inde cũ mutari a fide christi non possent: iubente lampadio expoliantur: scorpionibus grauissime ceduntur. Mox lampadius a demonio arreptus expirauit. Hoc factum cũ audisset dioclecianus nimio furore repletus: iussit cuidã vincencio rogato: vt in loculis plumbeis concluderentur: ac sic in fluuium precipitarentur. Post dies autem quadraginta duos: venit quidam nichodemus christianus: leuauitqꝫ cum ipsis loculis corpora martyrum: et in domo sua honorifice posuit. Passi sunt vero

Eodẽ die natalis sanctorũ (sexto idus nouẽbris. Lec. iij.

quatuor coronatorum: idest: seueri: seueriani: carpophori: et victorini. Hi cũ ipellerentur ad sacrificãdũ: reluctantes nec omnino cõsensum impijs prebẽtes: perstiterunt in fide. Nũciatũ hoc ẽ diocleciano iperatori. Quos illico iussit adduci: vt ãte simulacrũ asclepij ictibus plumbatarum cesi: deficerent. Quorum corpora iussit in platea canibus iactari: que iacuerunt ibi diebus quinqꝫ. Tũc christiani venerũt ⁊ collecta corpora sepelierũt: in via lauicana miliario ab vrbe tertio in arenario iuxta corpora sanctorũ martyrũ: claudij: nicostrati: simphoriãi: castorij: ⁊ simplicij. Passi sũt aũt sexto idus nouẽbris. Post duos tamẽ ãnos passionis horum quinqꝫ martyrũ cũ noĩa eorum minime reperirẽtur: statuit beatus melchiades episcopus: vt aniuersaria qua

tuor coronatorum dies sub nominibus sanctorum quinqz marty- ruz recoleretur. Intercurrentibus tamen annis: cuidam viro etiaz nomina eorum reuelata sunt. Festiuitas vero vt fuerat statuta cele- bris in aliorum martyrum festiuitate permansit: ac locus quatuor coronatorum nomine insignis.

In natale sancti theodori. Lec. j.

Natalis sancti theodori martyris: tēporib᷒ diocle- tiāi ꝛ maximiani impatorū. Qui cū eēt miles ꝛ vere christianus: adductus est ad brichā prepositū le- giōis. A quo dilatiōe accepta: vt sententiā fidei mutaret: cum in sententia irreuocabiliter permane- ret: iudici popilio sistitur: qui iussit eum mitti in car- cerem: et signari ostium carceris: vbi diuina visione consolatur: post aliquot dies iterum adductus ante presidem: suspensus est in ligno et vngulis ferreis latera eius rasa quousqz coste ipsius nudarentur. Deinde dictauit sententiam dicens. Theodorum non obtemperan- tem preceptis inuictissimorum imperatorum potentieqz deorum: cre- dentem vero iesum crucifixum: iubeo igni tradi. Igitur beatus mar- tyr signaculo crucis munitus: manibus post tergū ligatis: in focos propellitur. Et circunspiciens videt in turba lachrymantem cleo- nicum: qui cum eo thiro adductus fuerat: et exclamans dixit. Cleo- nice expecto te: festina et sequere me. Et cum iam flammarum glo- bis vndiqz vallaretur: beatus martyr oratione fudit: laudās et glo- rificans patrem et filium ac spiritum sanctum: sicqz sanctam suam animam christo reddidit quinto idus nouembris. Quedam autem mulier eusebia nomine: collegit corpus eius: et sindone mūda inuol- uens transtulit in possessionem suam: in locum qui appellat᷑ euchai- ta. Itē eodē die apud bituricas sancti vrsini: qui rome ordinat᷒ a successoribus apostolorum primus ipsi vrbi destinatur episcop᷒.

In nt̄e sancti mēne martyris. Lec. j.

In cripta metropolis frigie: passio scī menne marty- ris. Qui persecutione diocleciani et maximiani: cū esset miles et nobili genere ex egyptiorum prouin- cia ortus: abrenuncians terrene militie: primum ce- lesti regi secreta cōuersatione in heremo militauit. Deinde natalicijs prefatorum imperatorum proce

dens ad publicum: ac se xpianum corã ipsis voce declarans: traditus est pirro duci torquendus: qui iussit eum in carcerem includi: quamdiu imperatorum natalicia celebrarentur. Tu autem.

Lectio .ij.

Peracta igitur festiuitate: assidente eo pro tribunali: iussit eum suis aspectibus presentari. Cui & dixit. Hesterna die etenim infauste temerarie ausus es theatrum introire: ac vanissimis nescio quibus eloquijs prophanare: maxime cum de te asseratur opera militie: nunc sacrifica dijs: vt omnia tibi q̃ per ignorantiã gessisti ignoscantur: et ad honorem pristinum reformeris. Tu.

Lec. iij.

Ad hoc beatus mennes cum respondisset. Ego huius seculi honore non delector: sed christi discipulus effici cupio: iubente duce extensus et neruis bubulinis manibus ligatis tam diu a militib⁹ & virgis cesus est: donec sanguine ipsius platee locus repleretur deinde in eculeo exungulatus et lampadibus circum latera adust⁹ est: cilicioq̃ plage eius a militibus fricate: et carbones ignis super plagas eius impositi: p̃ tribules quoq̃ et sudes ferreos ligatis manibus et pedibus tractus: plumbatis etiam collo & maxillis grauiter contusus in laude et confessione omnipotentis dei immobilis permansit. Nouissime pirrus dux sententiam ex tabella recitari precepit. Mennem ex milite: omnium christianorum auctorem nolentem acquiescere preceptis imperatorum: neq̃ volentem sacrificare dijs: gladio animaduerti placet: et corpus eius igni comburi. Furtim itaq̃ a christianis corpus eius e medio ignis ereptum est: ac mundis linteaminibus aromatibusq̃ conditum: debita veneratione in cimiterio tertio idus nouembris curatum est. Cuius deinde sacrum corpus constantinopolim translatum ciuitatem regiam digno honore veneratur. Item lugduno natalis sancti verani episcopi: cuius vita fidei et virtutum meritis illustris fuit.

In nat̃e sci martini episcopi. Lec. j.

Igitˀ martin⁹ sabarie pãnoniorũ opido oriũdus fuit sed intra italiã ticini alitus ẽ: parẽtib⁹ scd̃m seculi dignitatẽ nõ infimis gẽtilib⁹ tamẽ. Pater ei⁹ miles primũ: post tribun⁹ militũ fuit. Ipse armatam militiã in adolescentia sua secutus: inter seculares alas sub rege constãtio: deinde sub iuliano cesare militauit. Non tamen sponte: et quia a primis fere annis diuina potius

seruitute: sacra illustris pueri inspirauit infantia. Nam cum esset annorum decem inuitis parentibus ad ecclesiam confugit: seque catecuminum fieri postulauit. Mox mirum in modum totus in dei opere conuersus: cum esset annorum duodecim: heremum concupiuit. Fecissetque votis satis si etatis infirmitas nõ obstitisset. Animus tamen aut circa monasteria: aut circa ecclesias semper intentus: meditabat adhuc in etate puerili: qđ postea deuot⁹ impleuit. Lec. ij.

Sed cum dictum esset a cesare: vt veteranorum filij ad militiam scriberentur: prodente patre qui felicibus eius actibus inuidebat: cum esset annorum quindecim raptus et catenatus sacramentis militaribus implicatus est: vno tantum seruo comite contentus Cui tamen versa vice dominus seruiebat: adeo vt plerumque ei et calciamenta ipse detraheret: et ipse detergeret. Cibum vna caperent: huic tamen sepius ministraret. Triennium fere ante baptisma in armis fuit: integer tamen ab his vicijs: quibus illud humanum genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas: patientia vero atque humilitas: vltra humanum modum. Nam frugalitatem in eo laudari non est necesse: qua ita vsus est: vt iam illo tempore non miles sed monachus putaretur. Quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos deuicerat: vt eum miro affectu venerarentur. Nec dum tamen regeneratus in christo: agebat iam quoddam bonis operibus baptismatis candidatum. Assistere scilicet laborantibus: opem ferre miseris: alere egentes: vestire nudos nihil sibi ex militie stipendijs preter quotidianum victũ reseruabat. Iam tunc euangelij nõ surd⁹ auditor: de crastino nõ cogitabat. Lec. iij.

Quodam itaque tempore cũ iam nihil preter arma: et simplicẽ militie vestem haberet media hyeme q̃ solito asperior inhorruerat: adeo vt plerosque vis algoris extingueret: obuiũ habet in porta ambianensium ciuitatis pauperẽ nudum. Qui cum pretereuntes vt sui misererentur oraret: omnesque miserum preterirent: intellexit vir deo plenus: sibi illum alijs misericordiã nõ prestãtib⁹ reseruari. Quid tamen ageret qui nihil preter clamidem quam indut⁹ erat habebat Iam enim reliqua: in op⁹ simile cõsumpserat. Arrepto itaque ferro quo accinctus erat mediam diuisit partemque eius pauperi tribuit: reliquam rursus induit. Interea de circunstantib⁹ ridere nonnulli ceperunt: quia deformis esset: et truncatus habitu videret. Multi quidem quibus erat mens sanior altius gemuere quod nihil simile fecissent: cum vtique plus habentes vestire pauperem: sine sua

nuditate potuissent. Nocte igitur insecuta cũ se sopori dedisset: vi dit christum clamidis sue qua pauperem texerat parte vestitũ. Intueri diligentissime dominum: vestemq3 quã dederat: iubet agnoscere. Mox ad angelorum circumstantium multitudinem audiuit christum clara voce dicentem. Martin⁹ adhuc cathecumin⁹ hac me veste contexit. Uere memor dominus dictorum suor: qui ante predixerat: quamdiu fecistis hec vni ex minimis istis mihi fecistis: se in paupere professus est fuisse vestitum. Et ad confirmandũ tam boni operis testimonium in eodem se habitu quem pauper receperat: dignatus est ostendere. Quo viso vir beatissimus non in gloriam est elatus humanã: sed bonitatem dei in suo opere miratus: cũ esset annorum viginti ad baptisma conuolauit. Lec.iiij.

In illo tempore: beatissimus martinus gloriosum ipsius obitũ longe ante presciuit. Dixitq3 fratribus dissolutionem sui corporis imminere. Interea causa extitit: qua condatensem diocesim visitaret. Nam clericis inter se ecclesie illius discordantibus: pacem cupiens reformare. Licet finem dierum suorũ non ignoraret. Pro ficisci tamen ob istiusmodi causam non recusauit. Bonam hãc virtutum suarum consumationem existimans: si pacem ecclesie red ditam reliquisset. Itaq3 profectus cum suo illo vt semper frequentissimo discipulorum sanctissimoq3 comitatu: mergos in flumine conspicatur piscium predam sequi: et rapacem ingluuie3 assiduis vrgere capturis. Forma inquit hec demonum est. Insidiantur incautis capiunt nescientes: captos deuorant: et saturiri non queunt deuoratis. Imperat deinde potenti virtute verborum vt eum cui innatabant gurgitem relinquentes: aridas peterent deserta sq3 regiones Eo nimirum circa aues illas vsus imperio: quo demones effugare consueuerat. Ita grege facto omnes in vnum ille volucres congregate relicto flumine: montes siluasq3 petierunt. Non sine admiratione multorum: qui tamen in martino virtutem viderũt: vt etia3 auib⁹ imperaret. Aliquãdiu ergo i vico illo vl' in eccl'ia ad quã ierat cõmorat⁹ pace int' clericos restituta: cũ iã regredi ad monasteriũ cogitaret: virib⁹ corporis cepit repente destitui: cõuocatisq3 discipu-

Tunc vero meror et luctus (lis indicat se iam resolui. Lec.v. omniũ vox vna plãgetiũ. Cur nos pat' deseris: aut cui nos desolatos relinqs? Inuadẽt eni gregẽ tuũ lupi rapaces. Et q s eos a morsibus nr̃is pcusso pastore ,phibebit c' Scim⁹ qdẽ desiderare te xp̃m sed salua sũt tibi pmia tua: nec dilata minuent': nr̃i potius miserere

quos deseris pater. Tūc ille motus his fletibꝰ (vt totus semper in domino misericordie visceribus affluebat) lachrymasse perhibetur Conuersusq; ad dominū hac tantum fletibus voce respondit. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius: non recuso laborem fiat voluntas tua. Nimirum inter spem amoremq; positus dubitauit pene quid mallet: quia nec hos deserere: nec a christo volebat diutius separari: nihil tunc in voto suo ponens: aut voluntati relinquēs totum se domini arbitrio potestatiq; committens. Nōne tibi his paucissimis verbis dicere videtur? Grauis quidē est domine corporee pugna militie: et satis est iaz quod hucusq; certaui. Sed si adhuc in eodem labore pro castris tuorum stare me precipis: non recuso laborem nec fatiscentem causabor etatem. Munimina tua deuotus implebo sub signis tuis quoadusq; iusseris militabo. Et quamuis optata sit seni messio post laborem: est tamen animus victor annorum et cedere nescius senectuti. At si iam parcis etati: bonum mihi est domine: fiat voluntas tua. Hos vero quibus timeo: ipse custodias. O virum ineffabilem nec labore victum nec morte vincendū: qui in nullā partem se proniorē inclinauit: nec mori timuit: nec viuere recusauit. Itaq; cū iaz ꝑ aliquot dies in febre teneretur non tamē a dei opere cessabat: pernox in orationibus: in vigilijs: fatiscentes artus spiritui seruire cogebat: nobili illo stratu suo retinere: et cilicio recubans. Et cum a discipulis rogaretur vt saltem vilia sibi sineret stramenta supponi: non decet inquit filij xpiani nisi in cinere mori. Ego si aliud vobis exēplū reliquo: ipe peccaui. L.vj.

Oculis ac manibus in celum semper intentus: inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. Et cum a presbyteris qui tūc ad eum confluxerant rogaretur: vt corpusculum lateris mutatione releuaret: sinite inquit sinite me fratres celum potius respicere quam terram: vt suo iam itinere iturus ad dominum spiritus dirigatur. Hec locutus: diabolum vidit prope se assistere. Quid hic inqt astas cruenta bestia? Nihil in me funeste reperies: abrahe sinus me recipiet. Cum hac ergo voce fatigatum diuinis operibus spiritum celo reddidit. Testatiq; nobis sunt qui affuerunt: iam exanimis corporis glorificatiq; hominis vidisse se gloriam. Vultus eius luce clarior renitebat cum membra cetera: nec tenuis quidē macula fuscaret. In alijs etiam et in alijs artubꝰ non pudēdis: septennis quodammodo pueri gratia videbatur. Quis istum vnquam cilicio tectum: quis cineribus crederet inuolutum? Ita vitro purior: lacte

candidior iam in quadam future resurrectionis gloria: et natura de
mutate carnis ostensus est. Jam vero in obsequium funeris eius
credi non potest quanta hominum multitudo cōuenerit: tota obuia
corpori ciuitas ruit. Cuncti ex agris atq; villis: multiq; ex vicinis
etiam vrbibus affuerunt. O quantus luctus hominum: quāta pre-
cipue merentium lamenta monachorum: qui eo die fere ad duo mi-
lia tonasse dicuntur. Specialis martini gloria: cuius exemplo in do
mini seruitute stirps tanta fructificauerat. Agebat nimirum ante se
pastor extinctus greges suos: sancte illius multitudinis pallidas
turbas: agmina palliata: et aut emeritorum laborum senes aut iu-
ratos christi in sacramenta tirones. Aderat virginum chorus cum
fletu abstinens pre pudore: cum letanduz potius illi esse sentirent:
quem iam suo dominus gremio confoueret: quam sancto dissimu-
labat gaudio quod dolebat. Siquidem fides flere prohibebat: ge-
mitum extorquebat affectus. Etenim tam erat sancta de illius glo
ria exultatio: quam pia de morte confusio. Ignosceres flētibus: gra
tulareris gaudentibus: quia pium est gaudere martino: et pium est
flere martinum: dum vnusquisq; et sibi prestat vt doleat et illi debet
vt gaudeat. Hec igitur beati viri corpus vsq; ad locum sepulchri
hymnis canora celestis turba prosequitur. Comparetur si placet se
cularis illa pompa: non dicam funeris sed triumphi. Quis similis
martini exequijs confiteretur? Ducant illi pre curribus suis vin-
ctos post terga captiuos: martini corpus: hi qui mundum ductu illi-
us vicerant prosequuntur. Illos confusis plausibus populi honor
et fama: martino diuinis plauditur psalmis. Martinus hymnis ce-
lestibus honoratur. Illi post triumphos suos in tarthareа sena tra
duntur: martinus abrahe sinu letus excipitur. Martinus hic pau-
per et modicus: celum diues ingreditur. Archadio vero et honorio
imperantibus: sanctus martinus turonorum episcopus plenus vir
tutibus et sanctitate prebēs infirmis multa beneficia octogesimo
etatis sue anno: episcopatus autem vicesimo sexto apud condaten-
sem diocesis sue vicum excedens a seculo feliciter migrauit ad chri-
stum. Transijt autem media nocte: que dominica habebatur: atrico
cesare quoq; consulibus: Regnante domino nostro iesu christo cui
est honor et gloria in seculorum secula. Amen. Scdm matheum.

In illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis: parabolā
hanc. Homo quidam peregre proficiscēs: vocauit seruos suos
et tradidit illis bona sua. Omelia beati gregorij. Lec. vij.

Lectio sancti euangelij fratres charissimi: sollicite considerare nos ammonet: ne nos q plus ceteris i hoc mudo accepisse aliqd cernimur: ab auctore mundi grauius inde iudicemur. Cum enim augetur dona: rationes etiã crescũt donorũ. Tãto igit qsqz humilior atqz ad seruandũ prõptior debet esse ex munere: quãto se obligatiorẽ cõspicit i reddẽda ratiõe. Ecce hõ q peregre proficiscit: suos suos vocat: eisqz ad negociũ talẽta ptitur. Post multũ vero tẽporis positurus rationẽ: reuertit. Bene operantes p apportato lucro remunerat: seruũ vero a bono opere torpẽtẽ dãnat. Quis itaqz iste homo est: qui peregre proficiscit: nisi redemptor noster qui i ea carne quã assumpserat abijt in celũ. Carnis enim locus proprius: terra est. Que qsi ad peregrinãdũ ducit: dũ per redẽptorẽ nostrũ in celo collocat. Sed homo iste peregre proficiscens seruis suis bona sua tradidit: quia fidelibus suis spiritualia dona cõcessit. Et vni quidem quinqz talẽta: alij autẽ duo: alij vero cõmisit vnũ. Quinqz talenta quinqz sunt corporis sensus. Videlicet visus: auditus: gustus: odo

Quinqz igit talentis: idest dono(ratus: et tactus. Lec. viij. quinqz sensuũ: exterior scientia exprimit. Duobus vero intellectus et operatio designãtur. Vnius aũt talenti noie: intellectus tantũmodo demõstratur. Sed is qui qnqz talenta accepit: alia quinqz lucratus est: quia sunt nonnulli qui et si interna ac mystica penetrare nesciũt: pro intentione tamẽ superne patrie docẽt recte quos possunt de ipsis exterioribus q acceperũt. Dum q se a carnis petulãtia ac terrenarũ rerũ ãbitu: atqz a visibiliũ voluptate custodiũt: ab his etiam alios admonẽdo cõpescunt. Et sunt nõnulli: q quasi duobus talẽtis ditati: intellectum atqz operationẽ percipiunt subtilia de internis intelligunt: miraqz in exterioribus operant. Cumqz et intelligendo et operando alijs predicant: quasi duplicatũ de negocio lucrum reportãt. Bene aũt alia qnqz vel alia duo in lucrũ veniã se referunt: qz dum vtriqz sexui pdicatio impẽdit quasi accepta talenta geminant. Sed is q vnũ talẽtũ acceperat abiẽs fodit in terrã et abscondit pecuniã domini sui. Talẽtũ in terra abscõdere est: acceptum ingeniũ in terrenis actibus implicare: lucrum spiritale non qrere: cor a terrenis cogitationibus nũquã leuare. Sũt namqz nõ nulli q donum intelligentie pceperunt: sed tamẽ que sola carnis sunt sapiunt: de qbus p prophetam dicit. Sapientes sunt vt faciant mala: bene autẽ nesciũt facere. Sed dominus qui talenta contulit: rationem positurus redit. Quia ab his quibus nunc spiritualia pie

dona tribuit: districte in iudicio merita exquiret. Lectio.ix

QUid quis accipit consideret: ⁊ quod lucrũ de accepto reportat pẽset. Seruꝰ q geminata talẽta retulit a dño laudatur: atq₃ ad eternã remunerationẽ pducit: cum ei dñica voce dicit. Euge serue bone ⁊ fidelis: q₂ supra pauca fuisti fidelis supra multa te cõstituã: intra in gaudiũ dñi tui. Pauca qppe sunt bona oĩa presentis vite: quãtũlibet multa videant. Sed tũc fidelis seruus supra multa constituitur: quãdo deuicta omni corruptionis molestia de eternis gaudijs in illa celesti sede gloriatur. Tunc ad dñi sui gaudium perfecte intromittit: quando in eterna illa patria assumptus: atq₃ ãgeloꝝ cetibus admixtꝰ: sic interius gaudet de munere: vt iã nõ sit qđ exteriꝰ doleat de corruptione. Seruꝰ autẽ q opari de talẽto noluit. Ad dñz cum verbis excusationis redit: dicẽs. Dñe scio q₂ homo durus es: metis vbi non seminasti: ⁊ cõgregas vbi nõ sparsisti: ⁊ timens abij ⁊ abscondi talentũ tuũ in terra: ecce habes qđ tuũ est. Notãdum ꝙ inutilis seruus durũ dñm vocat: cui tñ ad lucrum deseruire dissimulat. Et timuisse se dicit: in lucrũ talentum se expendere: qui hoc solum timere debuerat: ne hoc sine lucro ad dominũ reportaret. Sunt enim pleriq₃ intra sanctam ecclesiam: quorũ iste seruus imaginem tenet: q melioris vite vias aggredi metuũt: ⁊ tñ iacere i sui torporis ignauia nõ ptimescũt. Cũq₃ se peccatores cõsiderent: scitatis vias arripe trepidãt: ⁊ remanere in suis iniqtatibꝰ non formidant.

Cõmemoratio sci emiliani. Lec.i

FUturus pastor hominuz: beatus emilianus pastor ouium. Minabatq₃ oues ad vireta mõtiũ. Et vt mos esse solet pastorũ citharã vehebat secũ: ne ad gregis custodiam torpor impediret mẽtẽ ociosam: minusq₃ exercitatione suspensam. Cũq₃ ad disposită celitus puenisset locum: diuinus illico in eũ irruit sopor: etenĩ ille opifex mundoꝝ cordiũ: cõsueto studio prebet artifici sui officiũ. Vertitq₃ cithare materiam: in litterarũ instrumenta: animũq₃ opilionis: in compunctionẽ supne cõtẽplationis. Expgefactus celestẽ meditabatur vitã: relinquẽsq₃ curã ouium: tendit ad heremi loca. Dictauerat ei fama: eẽ quẽdã heremitã: nomine felicẽ viruz sanctissimum: cui se non inmerito pberet discipulũ: qui tũc morabat in castello bilibio. Arripiẽs iter puenit ad eũ cuiꝰ se famulatui subijcit promptum: instituitur ab eo quo pacto immitabunduz

posset ad supernū regnū dirigere gressum. Hoc credo nos facto instruens: neminem sine maiori institutione: recte ad beatā vitam tendere posse. Tu autem domine. Lectio ij.

Quod neqꝫ iste vir fecit: nec paulū xp̄s instruxit: neqꝫ samuelem vt faceret: potētia diuina pmisit: cū hunc ad heremitā: ꝛ paulū ad ananiā: atqꝫ samuelē recurrere pmittit ad heli. Quos tñ iam signis allocꝰ animauerat suo. Postea quā ab eo est appme vias vite edoctus: ac disciplinē diuiti, s affatim thesaurisqꝫ salutis ditatus: ad sua doctrine remeat gr̄a copiosus. Et sic venit haud procul a villa vergegio: vbi nūc eius habetur corpꝰ sculū gloriosū. Ibiqꝫ nō multo moratus tp̄e: videt impedimēto sibi fore hominū ad se occurrentium multitudinem. Cel siora petit. Leuesqꝫ p ardua gressus agebat: spiritus promptus. Et non solum corde sed etiam corpore: explorationis valle gradiēs de virtute i virtutem: videretur iacob quodā modo scalā conscēdere. Hic autē vbi peruenit ad remotiora discentij montis secreta: emilianꝰqꝫ eius quantū q̄litas celi sinueqꝫ sinebat propinquus: collibus hospes effectus: consortio hominum priuatus: angelorum solummodo fūgebatur cōsolationibus. Quadragenis ibi fere habitans annorum recursibꝰ. Lectio.iij.

Quas ille ibi inuisibiles quasqꝫ pugnas visibiles quasqꝫ vario callidoqꝫ modo tētationes: quas nebulonis antiqissimi ludificationes fuerit expertus: hi soli optime norūt: q ea in semetipsis experiri cōtēdunt dum illic omnē affectum: illic omne desideriū: illic omne incitamentum: illuc deniqꝫ omnem omnino dirigebat cursum quo semel arripuerat irrepedabile deuotionis sancte propositum O ingens donū: o singularem virum: o prestantissimum animū: ita diuine contemplationi deditum: vt nihil sibi de eo vendicare videretur hoc seculū. Quotiens vt conijcio afflatus ardore diuino: inter densissimas altissimasqꝫ siluas excelsosqꝫ vertices collū promōtoriaqꝫ petentia celum: voce delata agebat ad christum. Heu me: qd̄ peregrinatio mea prolongata est. Quotiēs suspirijs ingemiscēs clamitabat: cupio dissolui: ꝛ eē cū xp̄o. Quotiēs vehemētissime visceribus commotis eiulabat: quādiu sum in hoc corpore: pegrinor a domino. Interea frigore quatiebatur: inclemēti hymbre inficiebatur: sollicitudine destituebatur: ventoꝝ flamine vexabatur. Et vim frigoris: squalorem solitudinis: ingruentiam hymbris: austeritatē flaminis amore dei: contemplatione christi: gratia spiritus sancti non modo tollerabiliter: sed etiam libenter desideranterqꝫ suscipie

bat. Tu autem domine. Lectio. iiij.

SEd quoniam ciuitas super montem posita diu latere non potu
it: eo vsqz fama sanctitatis eius percrepuit: vt in noticiam pene
omniū perueniret. Didimus etiam qui tunc pōtificatus gerebat: in ti
rasona ministerium cum hoc quoqz delatum fuisset: insequitur homi
nē in ordine ecclesiastico volēs inserere: eius quippe erat in diocesi.
Durum illi primum videtur ac graue: refugere ac reniti ꝛ quasi de
celo duci ad mundum: de quiete iam pene nacta: ad officia laborio-
sa: vitamqz contemplatiuam transferri in actiuam. Tandē coactus
est: inuitus obedire. Qua propter in ecclesia vergegio presbyterij ē
infunctus officio. Tūc relictis oibus qbꝰ dediti solent esse ordinis
nostri: quidam homines huius temporis sanctam impartiebāt cu-
ram: in hanc retractus fuerat vitam. In quo tamen continuate pre
ces ebdomadarum inedia: iugis vigilia: discretio vera: spes certa:
frugalitas magna: iusticia blanda: patientia solida: ꝛ vt breuiter di-
cam: ab omni omnino re mala indefesse persistebat: parsimonia ma
xima. Sapientie etiam flores ita de pratis discerpserat ineffabilis
diuinitatis: vt is qui vsqz ad octauum memorie vix commendauerat
psalmum: incomparabiliter longeqz prestantius peritia: prudentia:
astutiaqz mundi vetustos anteiret philosophos nec immerito sa-
ne: quia quod illis secularis industria: isti diuinitus superna conces
serat gratia. Tu autem domine. Lectio. v.

VEre cognitio vt celicolis antonio: martinoqz miraculis per
omnia similis. Sed vt multa preteream inter cetera ecclesia
stica studia hec maxima erat industria: vt strēnue solerterqz quam
ocius posset iniquum de templo domini pellere marmora: quo circa
christi substantiam christi visceribus impartiebat locupletem red-
dens ecclesiam virtutibus: non opibus. Religione non redditibus
christianis non rebus. Fenorat christo non pro iactura tempalium
rerum. Ob hanc rem vt mos pessimorum solet esse clericorum: assi-
stunt quidam ex clericis suis corā pfato episcopo ad eū videlicet ob
dāna rei familiaris lacessēdū. Iurgātesqz aiūt: patere ecclie detrimē
ta: resusceptas vsquequaqz īmunitates. Iā dictꝰ antistes facibus
ire accendit: ꝛ inuidia ab eiꝰ virtutibꝰ terebat. Intuēs in virū dei:
vehementer inuehitur. Cūqz vt se habet animus furia ebriꝰ: iracū-
die crapula eēt mutatꝰ: vir dei vir egregiꝰ sāctitate munitꝰ: patiētia
tutus: tranquilitate consueta: persistebat īmotus. Tunc a suscepto

ouidū ministerio relaxatus: vbi nūc vocat̄ eius oratoriū: reliquum vite tempus peregit innoxiū. Hactenus conuersio atq̄ cōuersatio eius: sed quamuis pulchriora fuerit illa carismata: que latuerint: q̄ dn̄s in bella constitit interna: ⁊ a paulo magistro gentiū in fide ⁊ in veritate habemus instituta: quā ista que varijs virtutū donis sūt in lucem prolata: ⁊ etiam ipsa pulchriora sint gesta: quā possint esse conscripta: tamē deinceps quibus idem signis effulserit gl'iosus: ac si ignobili p̄sequamur stilo. Lectio. vj.

Accidit quadā die: vt palestrite regis eterni occurreret in via hostis generis humani: talibusq̄z eū verbis affatur. Si vis vt qd vterq̄z possit experiamur virib⁹: certamē aggrediamur. Nec dū hec dicendo cōpleuerat: ⁊ eū visibili: corporaliq̄z ad certationē adierat diuq̄z pene nutātē vexabat. At ille mox vt iesum precibus efflagitauit: trepidū gressum opitulatione diuina cōfirmauit: ⁊ illico refugū desertoreq̄z spiritū liquefactū inuertit. Si cui hoc fortasse videt̄ incredibile: inuisibilē nimirū spiritū eē attractabilē: saluo mystico intellectu apiat: quō iacob diuine pugne narrant cū angelo quāuis bonū fuisse luctatū. Ego tū hoc dixeri minori audacia sathan tētasse seruum q̄z dn̄z: emilianū q̄z xp̄m: hoīe3 q̄z deu3 creaturā q̄z creatorē: ante annū fere migrationis sue: centesimū vero vite: cum ei reuelatū eēt humanos se finiturū labores: ⁊ oīpotētis percepturū sacratissimas promissiones: ad vitā conuertitur districtiorē. Et qui iam ieiunijs vigilijsq̄z desiccauerat mēbra denuo veteranus miles militiā aggreditur nouā. Ut finis eēt p̄stantior: q̄ apud xp̄3 laudabilior semp habetur et melior. Dicente eo. Qui perseuerauerit vsq̄3 in finem: is saluus erit. Eodē igit̄ anno quadragesime diebus: reuelatur ei etiam excidium cantabrie. Unde nuncio misso: in bet ad diem festū pasche: senatui ei presto esse: ad prestitutū oueniūt tēp⁹: narrat ille qd viderat. Scelera eoꝝ: cedes: furta: incestus: violentias: ceteraq̄3 vicia increpat. Penitētiā vt agāt p̄ bis omnib⁹ p̄dicat. Cūq̄3 omnes reuerenter auditū preberēt: nā erat omnib⁹ venerabilis q̄si vnus de dn̄i nr̄i iesu xp̄i discipulis: abūdātius quidā nomine: pre senectute eum dixit delipe. At ille renūciat ei rem per semetipsū experiri. Quod post probauit euentus: nam gladio vindice leuuigildi est interemptus. Ceteros quoq̄3 cum non respicerent ab iniqs operibus: ira pēdente diuinitus pari modo periurio doloq̄3 aggrediēs sanguine ipsorum est crassatus. Sane appropinquante mortis tempore accersiuit sanctissimum aselum presbyterum: cum quo habe-

b ıt collegiũ. In cuius presentia felicissimi illa anima corꝑe soluta celo est reddita. Tunc eius beatissimi studio: corpus eiꝰ deportatũ cũ multo religioso ⁊ obsequio est: vbi ⁊ manet in suo oratorio.

In natale scti bricij episcopi. Le. i.

Gitur post excessum beati martini turonice ciuitatis archiepiscopi: summi ⁊ incõparabilis viri: de cuius virtutibus magna apud nos volumina retinentur: scũs briciꝰ ad episcopatũ succedit. Ac vero hic bricius cum eẽt primeue etatis iuuenis: sancto martino adhuc viuenti in corꝑe multas ferebat insidias: pro eo q̃ eodẽ tꝑe cor facile sequeret. Quadã itaqꝫ die dñ quidam infirmus medicinã expeteret: briciũ adhuc diaconũ in platea conuenit. Cui simpliciter ait. Ecce ego prestolor beatũ virũ: ⁊ nescio vbi sit: vel quid operis agat. Lectio. ij.

Cui bricius sic iquit. Delirũ illũ queris? Prospice eminꝰ. Ecce celũ solito more sicut amens respicit. Cũqꝫ pauꝑ ille occursu reddito q̃ petierat impetrasset: bricium diaconũ vir beatus alloquitur. Num ego brici: delirus tibi videor? Cũqꝫ ille cõfusus hec audiens: dixisse se denegaret: nonne inq̃t aures mee ad os tuũ erant: cum hec eminus loquebaris? Amẽ dico tibi: q2 obtinui apud dñm vt post me ad põtificatus honorẽ accederes: sed noueris te in episcopatu multa aduersa passurũ. Bricius vero hec audiẽs: irridebat eum dicẽs. Nõne verũ dixi: istũ delira verba ꝓferre. Sed ⁊ presbyterij honore preditus sepius beatũ martinum conuicijs lacessiuit.

Adeptus ergo cõsentientibus ciuibus põtificatus officium: orationi vacabat. Le. iij. Quãq̃ꝫ eẽt suꝑbus ⁊ vanus: castus tñ habebat in corꝑe. Tricesimo ordinationis sue anno: oritur cõtra eũ lamentabile crimẽ. Nã mulier ad quã cubicularij eius vestimenta deferebãt ad abluẽdũ: que sub specie religionis erat: veste mutata concepit: ⁊ peperit. Qua de re surrexit omnis populus turonorũ in iram: ⁊ totum crimen super episcopum referunt: volentes eũ vnanimiter lapidare: aiebant enim. Diu pietas sancti martini: tuã celauit luxuriam. Nec nos diutius deus sinet manus tuas indignas osculãdo: pollui. Illo quoqꝫ econtrario viriliter hec negante: afferte inquit infantem ad me. Cumqꝫ oblatus fuisset infans: triginta ab ortu habens dies: ait ad eum bricius. Adiuro te per iesum christum filium dei omnipotentis: vt si ego te generaui: coram cunctis hec di-

cas. At ille infans: dixit sancto bricio: non es tu pater meus. Tu autem domine. Lectio. iiij.

POpulis autem rogantibus: vt quis esset pater eius a bricio infans interrogaretur: ait ad eos sanctus bricius. Nō est hoc meum. Quod ad me pertinuit sollicitus fui. Vobis si aliquid suppetit: per vos requirite. Tunc illi magicis hoc artibus factū asseuerātes: insurgunt contra eum in vna cōspiratione. Trahentesq; sanctū briciū episcopum: dicebant. Non diutius nobis: falso pastoris nomine dominaberis. Sanctus tamē bricius episcopus ad satisfaciendum adhuc populo prunas ardentes in birro posuit. Et ad se stringens vsq; ad sancti martini sepulchrum prunas ardentes detulit: vestimentum eius: inustum apparuit: populo quoq; sic prosequente: sicut inquit istud vestimētū ab his ignibus videtis illesum: ita et corpus meum a tactu mulieris est impollutū. Lectio. v.

ILlis vero non credētibus s; cōtradicētibus scūs bricius trahitur: calūniatur: eijcitur: vt sermo sancti martini adimpleretur. Noueris te in episcopatu: multa aduersa passurum. Quo eiecto: iustinianum episcopum constituunt. Deniq; bricius rome vrbis papam expetit: flens et eiulans: atq; dicens. Merito hec patior: quia peccaui in sanctum dei. Et eum delirum et amentem vocaui: cuius videns virtutes non credidi. Post cuius abscessum aiunt turonici sacerdoti suo. Vade post eum: et exerce negocium tuū. Quod si eum prosecutus non fueris a nostro omnium cetu humiliaberis. Iustinianus vero egressus a turonis vercellis italie ciuitate aggressus: iudicio dei percussus: obijt peregrinus. Turonici eius obitum audientes: et in sua malicia perdurantes: armentium in loco eius constituūt. Tu autem domine. Lectio. vj.

AT bricius episcopus romā veniēs: cuncta q̄ pertulerat pape refert. Qui ad sedē apostolicā residēs plurimaq; missarū solēnia celebrauit: ibi q̄ cogitauerat quod in sanctū dei deliquerat deluit flens. Septimo igitur egressus āno roma cū autoritate pape illius: turonis redire disposuit. Veniens autē ad vicū sanctus bricius episcopus: cui nomē est laudiacus sexto ab vrbe miliario mansionē accipit. Armentius vero febre corripitur: media autem nocte spiritū exalauit. Quod pertinus bricio episcopo per visum reuelatū est. Qui ait suis. Surgite velocius vt ad tumulandum fratrē nostrū turonicū pontificem occurramus. Cumq; illi venientes: portam ciuitatis ingrederentur: ecce istū per aliam portā mortuū efferebant. Quo sepulto sanctus bricius epis

copus in cathedrā suam regressus est. Septē postea feliciter viuens annos. Quo quadragesimo septimo episcopat⁹ sui anno defuncto: sanctus eustachius successit vir magnifice sanctitatis. Prestante domino nostro iesu xp̄o: cui ē gloria ⁊ honor: laus ⁊ imperiū: vna cū eterno deo patre ⁊ spiritu sancto in secula seculorū Amen.

In octauis sancti martini. Le. i.

Hesterna autem die: cum ad me pleriqꝫ monachi venissent: ⁊ īter fabulas iuges longū pertrāsissent sermonem: mentio incidit libelli mei: quē de vita beati martini edidi: studioseqꝫ cū a multis libētissime audiebam. Interea īdicitur mihi dixisse quēdā spiritu suscitatū: cū martinus qui mortuos suscitasset ipse nuper adustus incendio: periculose fuisset obnoxius passioni. Ob istum quisqs est miserū: iudeoꝝ in verbis ei⁹ ꝑfidiā ⁊ ita dicaꝫ cognoscimus: qui in cruce positū dominū his verbis increpabant Alios saluos fecit se ipsum saluū facere non potest. Vere plane iste quicūqꝫ est: si illis tēpib⁹ nat⁹ eēt: ⁊ in dn̄m hac voce dicere potuisset: qui simili deum blassemat exemplo. Quid ergo: q̄squis es: martinus ideo nō potēs: ideo non sanctus: qꝛ periclitatus est incendio? O beatū ⁊ ꝑ oīa similē apostolis: etiā in his cōuicijs virū. Le. ij.

Nempe hoc: ⁊ de paulo gētiles cū vipera eū momordisset: sensisse feruntur. Hic homo homicida ē: quē saluū factū de mari: fata viuere nō sinuerūt. At ille excussa vipera in ignē: nihil mali patiebatur. Illi autē subito casurū ⁊ repēte moriturū: eum putabant. Sꝫ cū viderēt nihil mali contingere ei: cōuertētes se: dicebant eū deum esse: alioquī vel horū exēplo omniū mortaliū infelicissime ꝑfidiam tuā coarguere ipse debueras: vt si tibi scandalū mouerat: q᷒ martinus flāma ignis videbat᷑ attactus: hūc rursū attactū ad merita illius ⁊ virtutē referres: q᷒ circumseptus ignib⁹ non perisset. Agnosce enī miser agnosce: nescis oēs fere insignes periculoꝝ suorum magnis fuisse virtutib⁹? Videoqꝫ idē petrū fide potentē: rerū obstāte natura: mare pedib⁹ sup̄ gressū: ⁊ molles aquas corporeo pressasqꝫ vestigio: sꝫ non ideo minor mihi videtur gentiū predicator: quē fluctus absorbuit: ⁊ post triduū totidemqꝫ noctes emergentem: e ꝓfūdo vnda restituit: atqꝫ vix scio an plus fuerit vixisse in ꝓfundo: an supra maris profunda transisse. Sed hec tu vt arbitror non legeras stulte: aut lecta non audieras. Tu autē. Lec. iij.

NEqꝫ enim absqꝫ diuino consilio istiusmodi exemplum beatus euãgelista sacris litteris protulisset: nisi vt ex his humana mẽs erudiretur naufragiorum perferre atqꝫ serpentium casus. Et sicut apostol⁹ refert qui nuditate: fame latronumqꝫ periculis gloriatur hec omnia sanctis hominib⁹ atqꝫ omnibus appetiendum quidez esse cõmunia: sꝫ his tollerandis atqꝫ vincendis precipuam semper iustorum fuisse virtutẽ: dũ per omnia tentamẽta patiẽtes semꝑ inuicti: tãto forti⁹ vincerẽt: quãto grau⁹ pertulissent. Unde hoc qđ ad martini infirmitatem vocat̃ plenũ est dei dignitatis et glorie: siquidem quod periculosissimos casus tẽtatus euicerit. Ceterum omissum a me et in libello quẽ de vita illius scripsimus nemo miret̃ cum ibidem sim professus: me non omnia illius facta complexuꝫ. Quia si prosequi vniuersa voluissem: imensum volumẽ legẽtibus edidissem. Neqꝫ sunt tã parua q̃ gessit: vt omnia potuerint comprehendi Sed tamen quod gestio de hoc latere nõ patiar: et rẽ omnem: vt gesta est referam: ne forte inconsulatum hoc qđ ad vituperationẽ beati viri poterat oppõi: pretermisisse videamur. Cuꝫ ad diocesim quãdam pro solenni consuetudine sicut episcopis visitare ecclesias suas moris est media fere martin⁹ hyeme venisset: mansionem eius in secretario ecclesie sibi parauerũt. multoqꝫ igne scabro ⁊ ꝑtẽui pauimẽto subdiderũt: lectũqꝫ ei plimo stramie extruxerũt. Deide cũ se martin⁹ cubito collocasset: insuetã molliciẽ strati blãdiẽtis horrescit quippe qui nuda humo vno tantũ cilicio superiecto occubaret.

In natale sãctorũ acisci et victorie.

IN temporibus illis cum primũ descẽdisset R. s. in vrbem cordubensem dion preses iniqu⁹ persecutor christianorũ: indicta est ab eo in eadem vrbe persecutio christianis: vt sacrificarẽt dijs. Nã per vniuersum orbem tunc feruebat rabies paganoruꝫ: vt siquis contẽneret culturam simulacrorum: diuersa sustineret genera tormentorũ. Erant nãqꝫ tũc in predicta vrbe: timẽtes ⁊ colẽtes dominũ: acisclus et victoria qui a primeuo sue etatis tempore: in dei landib⁹ permanebãt. Qui cum adducti fuissent ab vrbano officiali ad presidem: dixit eis. Uos estis qui contẽnitis sacra deoꝝ nostroꝝ? Beat⁹ acisclus. Nos inquit sumus seruientes domino nostro iesu christo: non demonibus et immundis lapidibus Cum vero nullo modo assentirent sacrificare dijs: iratus preses: ius

sit eos in ima carceris recludi. Quo cum intrauissent meditabant eloquia dei: et ecce venerunt in conspectu eorum quatuor āgeli: portantes eis prandium salutis. Lectio. ij.

Illis vero gratias domino referentibus de visitatione angelica: iussit diō produci sanctos de custodia. Qui cū adducti fuissent et a cultura christi noluissent recedere: iussit preses sanctū aciscium fustibus cedi: beatam vero victoriam in plantis cedi. Quod cum fuisset impletū: illis gaudētibus: iterū iussit eos in carcere recludi. Alia vero die iussit ministris: vt caminum incenderent: et ibi sctōs dei precipitarent. Ubi cum ingressi fuissent: angeli astiterunt cū eis laudantes dominū: ita vt sonus eorum pene a cunctis audiret astātibus. Ut autē hoc auditū est a preside: iratus nimiū: iussit ministris suis: vt alligarent ad colla eoꝝ lapides grandes: et proijcerentur in flumen. Quod cum factum fuisset: suscepti ab angelis dei: erant ambulantes super aquas fluminis: laudantes et benedicētes dominū. Media autem nocte assistentibus eis super aquas: facta est vox de celo dicēs. Exaudiuit dominus orationem vestram. Statim autē venit nubes lucida super capita eorū: et viderunt christū dominum cum multitudine angeloꝝ hymnos personātiū. Sancti quippe hac visione leti effecti: oratione facta: reuersi sunt in carcerē. Audiēs hoc preses: iubet afferri rotas ꝛ eos alligari sup singulas rotas: et sub rotis accēdi ignem: et oleum subinde fundi: vt celerius sancti consumerent. Et cū hoc factum fuisset: voluebant rote: et cassabāt corpora sanctorū. Sancti vero martyres facientes orationem: vt extinguerentur subter eos ignis: ne quando gratularet dion. subito prupit ignis: et interfecit ex idolorum cultoribus: numero mille quingentos quadraginta. Lec. iij.

Uidens vero preses quod sancti nihil mali passi essent: iussit eos deponi de rotis: depositos vero ad se perduci. Adducti vero cum essent: constantiores ꝛ eū suis responsionibus prouocassent ad iram: iussit sancte victorie mamillas abscindi. Quod cum fieret: ait. Intuere et respice dion lapidei cordis: quia in virtute christi pro sanguine lac ex mamillis meis egreditur. Et cū hec et alia dixisset: recludi eos fecit iterū in carcerem. Uenientes igit multe matrone ad eam: audientes sufferentiam eius admirabant ita vt crederēt in xp̄m numero septē. Mane autē facto: iubet impi⁹ dion eos adduci. Qui cū adducti fuissent; dixit sancte victorie. Tempus eccc tuū victoria. Cui victoria. Impie diō amodo non erit tibi requies; neq3 in hoc seculo; neq3 in futuro. Ad

hec dion nõ ferens iniuriam: iussit linguam eius abscindi. Beata vero victoria cũ orationem ad dominũ faceret: facta est vox de celo ad eos: dicẽs. Venite ad me sancti mei: habentes coronas eternas: et brauium vestre cõmemorationis. Quod cũ abscinderetur lingua eius: vt fuerat imperatũ: suscipiẽs precissuram lingue sue: proiecit in faciem dionis: et percutiens oculum eius: excecauit: et clamauit voce magna dicens. In tenebris constitute dion impudice desiderasti manducare organa corporis mei: et abscindere linguam meam: que benedixit deum: iuste lumen tuum perdidisti. Hanc iniuriã nõ ferens dion: iussit eam sagittari. Et duã misse fuissent due sagitte cõtra corpus eius: et alia in latus eius: ita in confessione domini emisit spiritum. Sanctum vero acisclum: in amphiteatro decollari precepit. Qui cum decollatus fuisset: veniens quedam femina nomine emiciana: que ab initio deum dilexerat: cũ magno honore collegit corpora eorum: et sancto acisclo fecit sepulturam in domo sua: sancte victorie iuxta portum fluminis. Ubi fiũt multa miracula ad laudem nominis christi: orationibus beatorum martyrum.

In natale sancti romani. Lec. j.

Antiochie natalis sancti romani monachi: qui ĩ tẽporib⁹ diocleciani: cũ asclepiades prefectus ecclesiam irrumpere: eamq; funditus conaretur euertere ceteros christianos hortatus est: vt ei contradicerent. Unde eum protinus vinctum sibi exhiberi iussit: et christum constantissime confitentem: primuã eculeo suspendi: deinde plumbatis grauiter: et fustibus cedi: post hec autem etiaã nouacula acutissima: maxillas eius radi fecit. Tũc ad petitionem eius: puerum paruulum adduci precepit. Quem romanus per nomen christi innocans: vtrum vnum coli an plures deos melius esset interrogauit: vt ex eius cõfessione prefectus confunderetur. Cumq; puer vnum deum solũ credendum esse dixisset: indignatus asclepiades: cathomo eum suspendi: ac verberari: et postremo etiam decollari iussit. Erat autem nomen puero: baralas. Romanus vero rursus eculeo suspensus: vngulis exaratus: ad rogum ardentem in quem precipitaretur perductus est. Sed orante eo: venit repente hymber inundans: et extinguit ignem. Post hec: iussit linguam ei abscindi. Quo facto cum christum voce clarissima collaudaret: reclusus in carcerẽ: et ad extremũ laqueo strãgulat⁹ ẽ. L. ij.

Eodem die in eadem vrbe: natalis sancti esichij. Qui sub prefato imperatore cum esset miles: et audisset preceptum: vt quisque miles nisi sacrificaret idolis cingulum militie deponeret: repente cingulum soluit. Ob hanc causam imperator colobio indutum: primo eum in geneceum dedit. Deinde ligato in dextera eius saxo ingenti: in fluuium precipitari iussit. Rome via apia natalis sancti martyris maximini presbyteri: qui persecutionem maximiani passus: positus est ad sanctum sixtum. Item gelasij pape: qui sedit in episcopatu annis quatuor. Hic reuocauit mesenum episcopum: quem felix antecessor ipsius damnauit: et communioni ecclesieque sue restituit. Hic libros aduersus euticem et nestorium composuit Apud vienam: sanctorum martyrum seuerini: exupirij et feliciani. Quorum corpora post multa annorum curricula: ipsis reuelantibus inuenta: et a pontifice vrbis cleroque ac populo honorifice sublata: et in basilica sancti romani: que iam dicte ciuitatis parte orientali sita est: condigno honore condita sunt. Lec. iij.

Eodem die: sancti fausti martyris: huic tantum fiducie et magnanimitatis: per dei gratiam est datum: vt cum ad eos qui in carcere tenebantur fratres: nemo prorsus humanitatis et ministerij causa permitteretur accedere: iste vna cum collega suo eusebio indesinenter reuiseret: et ministraret necessaria. Et cum per dies singulos presidis furor cresceret: alios iugulando: alios supplicijs et diuersis cruciatuum generibus affligendo squalore carceris et catenarum ponderibus enecando: et super omnia precipiendo: ne quis ad eos prorsus accederet: vt inedia quasi aliud tormenti genus adhiberetur: concessit tamen deus huic diachono et college eius eusebio gratiam: vt inuitis omnibus eis ad confessores christi non negaretur ingressus. Gradeuus plenusque dierum confessor peruorans perfecto martyrio: beatus faustus obtruncatione capitis consumatus est.

In festiuitate sancte helisabeth. Lec. j.

b Eata helisabeth filia regis vngarorum in palatio: et in purpura nobiliter educata: in via fidei catholica: primos infantie flosculos argumento bone indolis et florem mire decorabat: frequenter enim pauperibus ante ianuam domus regis: aliquod charitatis eximium prependebat: quatinus accipientes ex obito muneris obligaret: vt pro se dominum suppliciter exorarent. Tandem nobilis effecta super regum scemata suam regalem exaltans progeniem: a parentibus suis nupta vero viro habuit turingorum duce: quem sicut sarra abraham dominum vocauit: viro deuota sicut decuit in omnibus obediuit. Lec. ij.

Ex tunc mie memor apli⁹ z super afflictos gestans viscera pieta tis: tãq̃ mr miseror se se variis cõformabat miseriis pauperũ z afflictorũ: fratrũ minor mater erat spũalis: quos tãq̃ vere paupe res toti amplectebat̃ visceribꝰ charitatis: z cũ paupibꝰ catbecumi nis: vt eis securius z libentius benefaceret: cõpaternitatẽ in baptis mate multotiẽs cõtrahebat. Corpi suo tãtã cibor indixit penuriã: q̃ cibos de mẽsa dñi q de questu officiator z rapina cõsciẽtia teste ꝑuenerãt: tãq̃ idolatita execrãs: z illicitũ ac immũdũ iudicãs z com mune: ꝑpter nullã necessitatẽ tãgere voluerit aut gustare. Le. iiij

Uideres eã tãq̃ alterã magdalenã humilitate turritã: semp in cena dñi lotioni pauperũ insistẽtẽ: z pedes eor istar pedes dñi recũbẽtis lachrymis suis lauãtẽ: z velo sui capitis humilit̃ exterge tẽ. Osculabat̃ leprosorũ pedes z vlcera: nec delicatas nares fetor i manis a pietat' officio amouebat: s3 eor calamitati cõpatiẽs: i ocul' lachrymas diffũdebat. O vere felicẽ z ancillã humilẽ cui in mũdo nihil pꝛeter peccatũ fetebat: quã licet per aspa: per deuia: per loca lutosa currentem: in odorem talium vnguentorũ charitas attrahe bat. O virtus in magna sunamite magne fidei: q̃ operata est vt am li z olicule quas ad solaciũ infantiũ infirmor: velut eor mr in pãno suo detulerat sup saxũ durissimũ ab alto cadẽs illese manerẽt: z reli quie potus eius multis ꝑpinate sitientibus in vase nõ decrescerẽt: T̃Ñ camino paupta: facta (nec lechito oleũ defuerit. L. iiij fci spũs holocaustũ: oẽs pro q̃bus orabat orationũ suar carbo nibus incẽdebat. Uñ quadã die: dũ matrona quedã nobilis: ipsam visitaret: iuuenẽ quẽdã aspectu decorũ: nimisq̃ seculariť idutũ cũ ea contigit aduenisse. Quẽ beata helisabet de fastu sclĩ monuit cõ tẽnẽdo. Cui iuuenis sic respõdit. Obsecro dña ora ꝑ me. At illa. Si vis q̃ ꝑ te dñ3 deprecer. Uade z fac similiter: z dũ alternati diuisi: pariter in templo dñ3 exorarẽt: iuuenis tãte v̄tutis nõ ferẽs incendi um: nec tante deuotionis feruorẽ: clamoribus magnis exorare cepit vt illa ab orationibus penitus cessaret. Alioqui huius orõnis igne deuastatus: quãtotiꝰ exalaret spiritũ: accurẽtes autẽ ancille beate helisabeth inuenerũt iuuenẽ totaliter sic incẽsũ: q̃ sup pãnos illꝰ manus suas tenere nõ poterãt: s3 stati pꝛe nimio ardore quo iuuenis totus ardebat: manus suas quas sup eũ posuerãt ad se retrahebãt Cessãte ãt beata helisabet ab oratione: iuuenis nõ patiens in se rã tũ feruorẽ refrigescere. Ad ordinem fratru3 minorum se transtulit: vt cum pauperibus qui iuxta verbum sapientis nudi currũt ad glo

riam currēs et ipse coronam a domino perciperet incorruptibilem. O vere fidei potētia: o virtus orationis: o incēdiū charitatis: ignis in syon ipsam iā et camin⁹ in hierusalē eam quasi attingere videbatur. O si videres eā in croceis nutritam teterrime cū vlcerosis pauperibus versari in sterquilinio paupertatis: et stulta mundi eligere vt sapientiā confunderet inflantem: et sapientem eius stulticiam amplectens: super salomonis sapientiā mirareris. Vere hec est mutatio dextere excelsi. Pro palatio sterquilinium: pro crispanti crine caluicium: pro pectorali fascia ciliciū: pro corona glorie cinerē commutare. Se laborem in precepto domin⁹ fingit: qui laborem et dolorem considerat afflictorū: reddens eis immarcessibilē coronā glorie pro momētanea passione. Sic in ipsa gemin⁹ amor contingit: sic ad ascellas os turturis: sic bissus castitatis et innocentie retorquetur: dum scilicet ab alto glorie in abissum miserie deuoluta: populū suū et domum patris sui filia regis obliuiscēs: de cognatione sua et de terra pauper egreditur: vt ad promissionem terre vite duce iesu misericorditer producatur. Lec. v.

Cum iam dominus meritorum eius prerogatiuā exaltare miraculorū prodigijs decreuisset: accidit vt quidam puer paruulus ita cecus a natiuitate: quod ei nec oculorum sedes inerant: sed sola in cunctis sedibus oculorum sicut in ceteris mēbris apparebat: beate helisabeth offeretur: victa precibus assistentium super faciem manus imponens: genibus flexis: et oratione fusa cū lachrymis: signū crucis impressit: moxqz facies pueri facta est sicut facies hominis clare videntis duorum oculorum luminibus: adornata. Que intuentes astantes: in excelsis dei magnalia collaudarunt: qui per beatam helisabeth dignatus est coraz eis miraculū operari. Lec. vi.

Accidit vt quadam die preceptor suus cōradus nomine: cui iam dudum fecerat obediētiam et si marito suo superuiueret: et castimoniam voueret: et vidua permaneret: quendam fratrem suum in capite letaliter vulneratum: ad beatam helisabeth causa recuperande salutis exanimem humiliter adduxisset: cui per sancte virtutem obedientie: quam in manu sua domino promiserat: imperauit: vt vulnerato suū op⁹ īpenderet pietatis: et eidē sanitatis gratiā impetraret. Beata [illegible] helisabet obediēs humiliter īperanti: sup vulnus letale man⁹ imposuit: et obortis lachrymis in oratione flēs largiter signum viuifice crucis īpressit: et sic v̄tute solius orationis alligauit vulnera vulnerati: ita q̄d de toto vulnere nihil āpli⁹ appareret: nisi

parua cicatrix: que miraculi fidē astrueret: et veritati fidele testimonium p̄hiberet. Q̄d cernēs ille admiratiōe nō modica pmot⁹: a filia sua lect⁹ discessit: ac dominum in operibus suis mirabilē benedixit.

In illo tempore: rogabat dominum iesum Secundum lucā. quidam phariseus vt mādūcaret cum illo: et ingressus domum pharisei: discubuit. Et reliqua. Ex legenda eiusdem. L. vij.

Cum vero bonitatis eius odor vndiq̄ spargeretur: desiderarēt q̄ȝ vultum eius aspicere: quibus iuxta apostolum: facta fuerat odor vite: contigit vt ad castrū vbi cum suo marito erat tunc tēporis vir nobilis: albinis partibus adueniret. Cuius transitum dux pernoscens: obuiam illi honorifice processit: et vt ad domum suam diuerteret liberaliter inuitauit. Rēnit ille ducis palatiū introire: nisi venerabilis helisabeth vxoris eius: de qua tot audierat meritoꝝ insignia: mereretur aspectu pfrui: et eius melliflluis alloquijs consolari. Dux aūt illius animi pijs votis: et honestum eius desideriuȝ si secum veniat se pollicet̄ impleturū. Sicq̄ castrum simul ascenderunt: ⁊ ducis palatiū hilariter intrauerūt: fit in aula ducis ingēs leticia militūq̄ vtrorumq̄: duce pro suscepti familiari presentia non modicum letāte: suscepto vero pro suscipientis tam hilari gratia exultante. Dextrantur dextrarij: iubetq̄ dux quātotius magnifici cuȝ cōuiuiū īstaurari. Deīde venit̄ ad locū cōuiuij: gaudēteq̄ incipiunt epulari: cū miles non immemor sui pacti: beatam helisabeth efflagitat aduocari. Erat tunc temporis ducissa venerabilis īntra cubiculum in abscōsō: ⁊ p̄cepto dominico orās patrē suū. Lec. viij.

Misit itaq̄ dux clanculo ad ducissam nuncium: rogās vt sibi locutura ad locū conuiuij veniret: et sua grata presentia suum p̄missum: suiq̄ desiderij hospitis adimpleret: illa vero p̄pter vilitatem sui habitus nō audēs in tanta multitudine militū cōparere: se cepit vt poterat humilius excusare. Porro nobilis ille nō sustinēs furorem sui desiderij: ducem sollicitat precibus importunis: ita q̄ dux secreta cubiculi: et ad beatā helisabeth ingreditur. Quam et leniter increpat: eo quod non impleuerit mandatum sibi per nunciū destinatū. Sed illa cui cito satisfecit: et causam propter quam vocata non venerat replicauit. Insuper quo vellet venire spopōdit: sicq̄ dux ad suos hospites hilarit̄ remeauit. Egressaq̄ duce cubiculum: beata helisabeth ad dominum conuertitur: postulans vt suam nuditatem dominus tegere dignaretur. O inquit iesu dulcissime: spes et refugium miserorum: solacium afflictorum: pro cuius

amore cõtempsi terreni imperij principatum: adesto mihi in te confidenti: et ad tegendum nuditatẽ meam mihi digneris transmittere vestimẽtum: nec nuditas quam pro honore tuo sustineo: marito meo hodie in obprobriũ proueniat: et contemptum. Vix illa orationem compleuerat: et ecce ãgelus domini astitit vestemq3 mirifici operis apportauit. Insuper et coronam auream gemmis p̃ciosissimis adornatam. Eamq3 vultu iocundissimo salutãs. O inquit sponsa regis celestis: iesus dei filius quem toto corde diligis: amicabiliter te salutans: hoc vestimentum et coronam hanc auream tibi mittit. Induere ergo hoc vestimento leticie: et hac corona glorie: vt sicut decet regis filiã: sic sint tibi in honorẽ ⁊ gl'iã3 sempiternã. Lec.ix.

His dictis: angelus ad celũ reuertitur. Beata v̾o helisabeth cũ cordis leticia et gratiarum actione veste sibi transmissa induit et corona aurea coronatur. Sicq3 pergit ad locum: vbi aduentus ipsius cum summo desiderio militum frequentia prestolatur. Veniẽs ergo ad locum conuiuij: pertulit vniuersos stupore mirabili: qui admirantes intuebãtur vultum eius tanquam vultũ angeli: vtpote quam dominus perfuderat gratia spiritali. Tu.

In nl̃e sancte cecilie virginis. Lec.j

Humanas laudes ⁊ mortaliũ isulas videm⁹: aut auro radiãtib⁹ litteris ad posteritatis memoriã cõmẽdatas. Et ista attẽdẽtes miror q̃re nõ erubescim⁹ militũ xp̄i victorias silẽtio detegere: ad laudẽq3 imperatoris eorũ q̃ liter pugnauerũt cõtra hostes: vt videtur ad incitandos animos bellatorũ diligentius explicare. De quorum numero congrue beata cecilia censetur. Cuius hodie festa celebramus: que audiens vocem inuitantis dñi nr̃i ihu xp̄i: qua dicit venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego vos requiescere faciam: ac si sibi singulariter sermo dirigeret: confestim secuta est; et euangelium christi semper absconditum in pectore suo gerebat: et nõ diebus non noctib⁹ a colloquijs diuinis et oratione cessabat: dominum fletibus exorans: vt virginitas ei⁹: ipso cõseruante inuiolata permaneret. Lec.ij.

Hec valerianum iuuenem quendam habebat sponsum. Qui iuuenis: in amore virginis perurgens animum: diem constituit nuptiarũ. Cecilia v̾o v̾go subt⁹ ad carnẽ cilicio iduta: desup auratis vestib⁹ tegebat. Parentum enim tanta vis: ⁊ sponsi amor tantus

circa illā erat: vt estuās ei⁹ anim⁹: non posset amorē sui cordis ostē
dere: ꝛ ꝙ soli christū diligeret: indicijs euidētib⁹ aperire nolebat.
Quid multa? Uenit dies: in quo thalam⁹ collocat⁹ est. Et cātanti
bus organis: illa in corde suo soli domino decantabat: dicēs. Fiat
domine cor meū immaculatū: vt non cōfundar. Et biduanis: ac tri
duānis ieiunijs orās: cōmēdabat domino qđ timebat. Inuitabat an
gelos precib⁹: et lachrymis interpellabat apostolos. Sanctaqꝫ om
nia christo famulantia exorabat: vt suis eam precibus adiuuarent:
suamqꝫ domino pudiciciā commendarēt. Lectio. iij.

SEd dū hec agerētur: venit nox i qua suscepit vna cū spōso suo cubiculi secreta: ꝛ ita eū alloquit: dicēs. O dulcissime atqꝫ amā
tissime iuuenis: est mihi mysteriū: qđ tibi cōfitear: si modo adiuratus
asseras: tota te illud obseruantia custodire. Iurat valerian⁹ spōsus
se illud nulla prodere ratione. Tunc illa ait. Angelū dei habeo ama
torē: qui nimio zelo custodit corpus meū. Hic si vel leuiter senserit
quod tu polluto me amore contigas: statim circa te furorem suū exa
gitabit. Et amittes florem tue gratissime iuuentutis. Si aūt cogno
uerit qđ tu me sincero: et immaculato amore diligas: et virginitatē
meā integrā illibatamqꝫ custodias: ita te quoqꝫ diliget sicut me: et
ostendet tibi gratiā suā. Tunc valerian⁹ nutu dei timore correptus
dixit. Si vis vt credam sermonib⁹ tuis: ostēde mihi ipsum angelum.
Et si probauero qđ vere angel⁹ sit: faciā qđ hortaris. Si aūt virū
alterū diligis: et te et ipsum gladio feriā. Tunc beata cecilia dixit ei
Si cōsilijs meis promittas te acquiescere ꝛ permitas te purificari fō
te perenni: et credas vnuꝫ deum esse in celis viuū et verū: poteris
eum videre. Tunc dicit ei valerianus. Et quis est qui me purificet:
vt ego angelū dei videaꝫ? Respondit ei cecilia. Est senior qui nouit
purificare homines vt mereantur videre angelū dei. Dicit ei vale
rian⁹. Et vbi ego hunc senē requirā? Respondit ei cecilia. Uade in
tertiū miliariū ab vrbe in via que apia nūcupat. Illic inuenies pau
peres a transeūtib⁹ petentes auxiliū. De eis enim mihi fuit semp
cura: et optime hui⁹ mei secreti sunt conscij. Hos duꝫ tu videris da
bis eis benedictionē meā: dicēs. Cecilia me misit ad vos: vt ostēda
tis mihi sanctū senē vrbanum: quoniā ad ipsum habeo eius secre
ta q̄ perferā. Hūc dum videris indica ei omnia ṽba mea. Lec. iiij.

ET dum te purificauerit induet te vestimētis nouis ꝛ cādidis cū quibus mox vt ingressus fueris hoc cubiculum: stati videbis
angelum sanctum etiam in tuo amore perfectū: et omnia que ab eo

popofceris ĩpetrabis. Tunc valerianus perrexit: ⁊ ſm ſigna q̃ acceperat ĩuenit ſcm̃ vrbanũ epiſcopũ: q2 iã bis ꝯfeſſor factꝰ intra ſepulchra martyrum latitabat. Cui cum dixiſſet oĩa verba cecilie: gauiſus eſt gaudio magno: ⁊ ponens genua ſua in trr̃a expãdens manus ſuas cuꝫ lachrymis dixit. Dñe ieſu xp̃e paſtor bone cecilia famula tua q̃ſi apis tibi argumẽtoſa deſeruit. Nã ſpõſũ quem quaſi leonẽ ferocẽ accepit: ad te velut agnũ manſuetiſſimũ deſtinauit. Iſte niſi crederet huc nõ veniret. Api ergo dñe cordis eius ianuas ſermonibus tuis: vt te creatorẽ ſuũ ẽẽ cognoſcẽs: renũciet diabolo ⁊ põpis eius: ⁊ idolis eius. Hec ⁊ his ſimilia orãte ſcõ vrbano epiſcopo ſubito añ facies ipſorũ apparuit ſenior indutus niueis veſtibus: tenens titulũ in manibꝰ: aureis litteris ſcriptũ. Quẽ vidẽs valerianꝰ nimio terrore corripit̃: ⁊ cadens in terrã: factus ẽ q̃ſi mortuꝰ. Tũc ſenior: qui apparuerat ei: eleuauit eũ dicẽs. Lege huius tituli textũ: ⁊ crede vt purificari merearis: ⁊ videre angelũ dei cuius tibi aſpectum cecilia virgo deuotiſſima repromiſit. Lectio.v.

TUnc reſpiciẽs valerianꝰ: cepit intra ſe legere. Scriptura aũt tituli: hec erat. Unus deus: ⁊ pr̃ oium: qui ſup oĩa: ⁊ in omnibus. Cũq3 hec intra ſe legeret: dicit ei ſenior. Credis ita ẽẽ: an adhuc dubitas? Tũc valerianus voce magna clamauit dicẽs. Non eſt aliud qđ veriꝰ poſſit credi ſub celo. Cũq3 hec dixiſſet valerianꝰ: ille ſenior ab oculis eoꝝ eleuatus eſt in celũ. Tũc ſctũs vrbanꝰ epiſcopꝰ eũ baptizauit: ⁊ docens eum oẽm fidei regulã: remiſit eũ ad ceciliã: diligenter inſtructũ. Ueniẽs igitur valerianus indutus candidis veſtimentis: ceciliã intra cubiculũ inuenit orantẽ: ⁊ ſtantẽ iuxta eam angelum domini: pennis fulgentibus alas habentem: ⁊ flammeo aſpectu radiantem. Duas coronas in manibus ferentẽ: coruſcãtibꝰ roſis: ⁊ lilijs albeſcẽtibus. Quaꝝ vnam dedit cecilie alterã valeriano dicẽs. Iſtas corõas imaculato corde: ⁊ mũdo corꝑe cuſtodite: q2 de paradyſo dei eas ad vos attuli. Et hoc vobis ſignũ erit. Nunquã marcidũ aſpectus ſui habebũt florẽ: nũquã ſui minuent ſuauitatẽ odoris: nec ab alio videri poterũt: niſi ab eis q̃bus iſta caſtitas placuerit: ſicut ⁊ vobis eſt probata placuiſſe. Lectio.vi.

ET q2 tu valeriane cõſenſiſti ꝯſilio caſtitatis: miſit xp̃s filꝰ dei ad te vt quã volueris petitionẽ inſinues: at ille audiens adorauit: ⁊ dixit. Nihil mihi in iſta vita dulcius extitit: q̃3 vnius mei fr̃is affectus: ⁊ impiũ mihi ẽ vt me liberato: germanũ meũ in periculo ꝑditionis aſpiciã: hoc ſolũ oĩbus petitionibus meis antepono: ⁊ de

precoꝛ vt frēꝫ meū tiburtiū sicut me liberare digneť: ⁊ faciat nos ābos in sui cōfessione noīs pfectos. Audiēs h angel⁹: letissimo vultu dixit: qm̄ hoc petisti: melꝰ quā te xp̄s iplere delectat: sic̄ te p famulā suā ceciliā lucratus ē xp̄s: ita p te quoqꝫ tuū lucrať frēm: ⁊ cū eo ad martyrij palmā attinges. His itaqꝫ finitis sermonibus: aspectꝰ angelici noīs migrauit ad celos. Et illis epulātibꝰ i xp̄o atqꝫ de edificatione scā sermocinantibus: tiburtius valeriani frī aduenit. Et ingressus q̄si ad cognatā suā: osculatꝰ ē caput scē cecilie: ⁊ ait. Miroꝛ h tpe rosei hic odoꝛes ⁊ lilioꝛū vnde respirēt. Nā si tenerē ipsas rosas: aut ipsa lilia in manibꝰ meis: nec sic poterāt odoꝛamenta tante suauitatis mihi infundere. Cōfiteoꝛ vobis ita sū refectꝰ: vt putē me totū subito renouatū. Dicit ei valerianꝰ. Odoꝛē iā meruisti me interpellāte suscipe modo ⁊ credēs ꝓmereberis etiam ipso roseo aspectu gaudere ⁊ intelligere: cuiꝰ in rosis ipsis sanguis floꝛescit: ⁊ in lilijs cuiꝰ coꝛpꝰ albescit. Coꝛonas habemꝰ q̄s tui oculi videre non preualent: floꝛes rubeo ⁊ niueo candoꝛe vernātes. Dicit ei tiburtiꝰ In somnijs hoc audio an veritate q̄ tu loq̄ris valeriane? Respōdit valerianus. In somnijs nunc vsqꝫ viximꝰ: nā modo in veritate sumus: ⁊ fallacia in nobis nulla est.

In nře scti clemētis pape. Lec. i.

TErcius romane ecclie fuit episcopus clemēs: q disciplinā apłi petri secutꝰ ita moꝛū oꝛnamentis pollebat: vt iudeis ⁊ gētilibus: ⁊ oībꝰ xp̄ianis pplis: cōplaceret. Diligebāt eū gētiles: qm̄ nō execrādo: sꝫ rōnē reddēdo ex eoꝝ libris ⁊ cerimōijs ośdebat vbi ⁊ vn̄ nata essēt: vł q̄lia fecissent euidētissimis documētis astruebat. Ipsosqꝫ gētiles posse idulgētiā a dn̄o cōseq: si a deoꝝ cultura recederēt: ⁊ docebat vnū deū eē viuū: ⁊ verū. Iudeoꝝ vero h oꝛdine gr̄a vtebať qꝺ prēs eoꝝ amicos dei assereret: ⁊ legeꝫ (eoꝝ scāꝫ ⁊ sacratissimā memoꝛaret. Le. ij.

PRimū qdē locū istos habituros astrueret: si legis sue sacramēta ꝑuarēt: ⁊ eo qꝺ ꝓmissū abꝛahe non negarēt in xp̄o fuisse completū: idest qꝺ in semine abꝛahe deus hereditandas ꝓmiserit oēs gentes: ⁊ quod per dauid dixerit: de fructu ventris tui ponā sup sedē tuā. Et qꝺ p isayaꝫ cōfirmauit dicēs: qꝺ virgo in vtero conciperet: ⁊ pareret filiū: cuiꝰ nomē vocareť hemanuel. A xp̄ianis vero ideo maxime diligebať: q2 singularū regionū inopes noīati habebat scriptos: ⁊ hos quos

baptismatis scificatiōe illumiauerat: nō sinebat publice fieri mēdi
citate deiectos. Quotidiana nāqʒ p̄dicatione mediocres ac diuites
ammonebat: ne paterētur baptizatos paupes: a iudeis vel gentibꝰ
stipē diabolicā accipe: ꝛ vitā baptismatis scificationē mūdā: donis
gētiliū inqnare: his ꝛ huiusmodi predicationibꝰ plurimū: tam deo
quā oībus hominibus rationabilibꝰ cōplacebat. Lectio. iij.

IRrationabilibus vero nemo placere ꝓbatur. Et ideo nō timue
rūt iniurias hoīuʒ irratiōabiliū: hi quoꝝ ratio h̄ erat: vt displice
rent infidelibꝰ: ꝛ eos nō timerēt. Sic factū est vt nec aurelianū: nec
sisiniū amicos nerue impatoris expauesceret clemēs episcopꝰ: cum
domicillā v̄ginē neptē domiciani principis spōsā aureliani: credētē
xp̄o sacro velamine ad integritatis ꝑseuerātiā cōsecraret: ꝛ theodo
rā sisinij cōiugē cōuersā a simulacris: deo castitatis ꝓpositū ꝯfiteri
minime ꝓhiberet. Cui vir eiꝰ zelo ductꝰ: insidias tetēdit ad eccl'iaʒ
ꝓperāti. Que cum fuisset ingressa: ipe ꝑ aliū secutꝰ itroitū: curiose
agere cepit: auscultans ꝛ intuens intēte: q̄ illic agerent. At vbi ꝯple
ta oīone a beato clemēte: a populo amē respōsū est: sisiniꝰ statī cecꝰ
ꝛ surdꝰ effectus ē: ita vt nec audire posset: nec videre. Tūc dixit ser-
uis suis: tollite me int manꝰ cito: ꝛ eijcite foras: qm̄ ocl'i mei ceci fa-
cti sunt: ꝛ aures surde: ita vt penitꝰ nihil audire nec videre p̄ualeaʒ.
Pueri aūt eiꝰ girabāt cū eo totā eccl'iaʒ: ꝛ iter multitudines viroꝝ
mulierūqʒ orātiū: ad itroitū quo igressi fuerāt ꝑuenire nō poterant.
Sic factū ē: vt dū girādo in errorem cōuerterētur: ꝛ iteꝝ atqʒ iterū
girarēt: ad suā dominā theodorā: vbi dn̄m exorabat: cū suo dn̄o per
(uenirēt. Lec. iiij.

QUe cū videret seruos suos cū suo dn̄o: ita
circuire eccl'iā: misso puero iqrere cepit: qd illō eēt qō ita fui cū
suo dn̄o circuirent. Respōderūt ei serui. Dn̄s ur̄ cū solerē voluit vi
dere qō ei videre non licuit: ꝛ secretū cupit audire alienū: nō solū ce
cus: sʒ ꝛ surdꝰ effectus est. Quo facto nob impauit: vt eū cito foras
si possemꝰ educeremꝰ. Sʒ nobis vt re ipsa cognoscit: de eccl'ia hac
exire nō cōcedit. Qō cū theodora cognouisset a seruulis: ꝓstrauit
se in oīonē: ꝛ cū lachrymis a deo petijt: vt exinde vir suꝰ exire ꝑmit-
teret. Et cōuersa ad pueros: q cū ea erāt: dixit eis. Ite date manum
dn̄o vr̄o: ꝛ domū illū reducite. Administrāte aūt mamertino p̄fectu
rā sedis vrbani: facta ē sedicio populi romani de noīe clemētis: ꝛ in
ter se inuicē cofūdebātur dicentes. Quid mali fecit: aut qd nō bo-
ni exercuit: Quiqʒ ab eo visitatus est eger: saluatꝰ est. Quiqʒ ad eū
tristis aduenit: gaudens affectus redijt. Lectio. v.

NUlli vnq̄ȝ nocuit: oibus ꝓfuit. Alij spũ diaboli inflati dicebãt magicis artib⁹ ista faciẽs: deoꝝ nr̃oꝝ culturã euacuat. Dicit iouẽ deũ nõ esse. Herculẽ cõseruatorẽ nr̃m: dicit eẽ imũdũ spiritũ. Venerẽ deã scãȝ meretricẽ esse cõmemorat. Vestã quoqȝ deã magnã ignibus crematã fuisse blasfemat. Mercuriũ ꝛ saturnũ ꝛ martẽ accusat Aut sacrificet dijs nr̃is: aut ipse intereat. Tũc publi⁹ torquat⁹ vrbis pfectus populi seditionẽ nõ ferẽs iussit ad se adduci clemẽtẽ. Quẽ cũ secrete videret: cepit dicere. Nobilẽ te ꝓgenitũ: oĩs romana mł̃titudo testat̃: sȝ errorẽ te passũ in eo nõ fert quoniã nescio quẽ xp̃m colis. Vñ deponẽda ẽ talis supstitio supflua: ꝛ dij a te sũt colẽdi eximij. Clemẽs dixit. Optarẽ clemẽtiã nois tui: ad rationẽ accedere: ecce mihi nõ tumultũ ĩpioꝝ: sȝ ꝯ ratiõe pscribere. Nã si canes mł̃ti latrauerĩt ꝛ sciderĩt nos nũq̄ȝ nobis hec possũt auferre: qȝ hoĩes nõ sim⁹ rõnabiles: ꝛ illi sũt canes irrationabilit̃ oblatrãtes. Seditio sẽper ab ĩperitis exorta ẽ: nihil certũ habẽs nec veꝝ: vñ silẽtio ẽ flagitãda occasio: qua ꝓ salute sua hõ rationabilł̃ disputare secũ debeat ac tractare ĩcipiat: vtrũ ĩueniat cui suã fidẽ vera rõne ꝯmittat. ꝛc.

TUnc publi⁹ torq̄t⁹: missa relatiõe ad traianũ: dixit clemẽtẽ hũc ppł̃ȝ seditiosa vociferatiõe ĩpeti cũ nulla possit ꝓbatio eũ inuenire reũ. Tũc ĩꝑator traian⁹ rescripsit: debere eũ aut sacrificijs ꝯsistere: aut trãsportũ ĩ heremũ: q̄ adiacet ciuitati cerrõe. subire exiliũ. Qȝ cũ fuisset iussu traiani firmatũ: cepit cũ eo agere: vt nõ clementis spõtaneũ exiliũ pateret: sȝ magis dijs libãiña exhiberet. Sȝ beatus clẽmẽs conabat̃ etiã ipsius iudicis animã ad fidem christianã adducere: ꝛ se spõte ꝑferre potius exiliũ quã timere: tãtã deniqȝ dominus gratiã clemẽti attribuit: vt fieret publi⁹ pfectus: ac diceret. De⁹ tu⁹ quẽ pure colis: ipse te adiuuet ĩ hãc relegationẽ exilij. Et ꝺlegauit ei nauẽ: ꝛ omnib⁹ necessarijs ĩpositis: dimisit eũ. Et repleta ẽ nauis: qꝛ de pplo religiosi viri mł̃ti secuti sũt eũ. Cũ aũt ꝑueniret in locũ exilij: illic erãt ĩ ergastulis ad secãda marmora: ãpli⁹ q̄ȝ duo milia xp̃iani: diuturna delegatione dãnati. Qui vidẽtes sanctuȝ ac nominatuȝ clemẽtẽ episcopũ: omnes vna voce in fletu ac gemitu preruperũt. Quos cũ cognouisset sanct⁹ clemẽs ꝓ dei noĩe relegatos: dixit. Nõ ĩmerito me de⁹ huc ꝑduxit: vt ꝑticeps passionis vr̃e etiã et cõsolatiõis efficiar. Et cũ mł̃taȝ eis cõsolatiõis doctrinã: ꝛ patiẽtiã intimasset: didicit ab eis ꝺ sexto miliario aquã sibi suis humeris apportari. Tũc sctũs clemẽs dixit. Oremus dominum iesum christum: vt cõfessorib⁹ suis fõtis venam aperire dignetur.

Eodē die nr̄e scē felicitatis.

Eodem die nr̄is scē felicitatis matris septē filiorū ʒ martyr ū: que iubente antonino decollata est p̄ xp̄o Idē eni imperator iniūxerat p̄fecto vrbis publio: vt eā cōpelleret cū filijs suis deorū sacrificijs iclinare Qui blādo alloqo ad sacrificiū eā puocās: minat penarū iteritū. Cui beata felicitas. Nec blandimētis tuis frangi potero: nec terroribus tuis resolui. Habeo eniʒ spm̄ scm̄: q me non pmittet vici a diabolo: ꝛ ideo secura sū qz viua te superabo: ꝛ si interfecta fuero: meli⁹ te vicā occisa. Deinde alia die sedit prefectus in foro martis: ꝛ iussit eā adduci cū filijs. Cui ꝛ dixit. Miserere filijs tuis iuuenib⁹ bonis: ꝛ flore p̄me iuuētutis florentibus. Rn̄dit beata felicitas. Mia tua impietas ē: ꝛ exhortatio tua crudelitas ē. Et cōuersa ad filios suos dixit. Uidete filij celū: ꝛ aspicite: vbi vos xp̄s expectat cū suis scis. Pugnate p aīabus vr̄is: ꝛ fideles vos in amore xp̄i exhibete. Audiēs hec publi⁹: iussit eaʒ alapis cedi. Tūc cōuocās filios suos: cū eis agere cepit: vt sacrificarēt Januari⁹ vero respōdit. Stulta suades. Nā sapiētia dn̄i me cōseruat: ꝛ faciet me oīa tormēta supare. Stati iudex iussit eū vgis cedi: ꝛ in carcerē recipi. Felix dixit. Un⁹ ē de⁹: q̄ nē colim⁹: cui sacrificiū pie deuotionis offerim⁹. Uū ne credas aut me aut aliquē frēz meorū: a dn̄i ihu xp̄i amore recedere. Et si immineant verbera: fides nr̄a nec vici potest: nec mutari. Philipp⁹ dixit. Isti de qbus dicis: nec dij sūt nec oīpotētes: sʒ sūt simulacra vana ꝛ misera ꝛ insēsibilia: ꝛ q eis sacrificare voluerit: in eternū pibit. Siluanus dixit. Nos si trāsitoriū timuerim⁹ interitū: eternū incurrem⁹ suppliciū. Et qm̄ vere nouim⁹ q̄ p̄mia sūt pata iustis: ꝛ q̄ sit pena cōstituta peccatorib⁹: idcirco romanas leges contēnim⁹: vt iussa diuina seruemus. Alexāder dixit. Ego seruus xp̄i sū: ore cōfiteor illū: corde teneo: incessanter adoro. Infirma etas quā vides: canā habet prudētiā. Uitalis dixit. Me ll⁹ viuit: q verū deū colit: q̄z q demonia habere optat. Marcialis dixit. Oēs q nō sitēt verū deū esse: i eternū icēdiū reclusi erūt. Jndex gesta oīa scripsit: ꝛ antonino idocuit: q̄s ille iussit diuersis supplicijs interire: m̄re nouissime 9 summata

Jn nr̄e sci grisogoni mr̄is.

Rome nr̄is sci grisogoni mr̄is: q p bienniū (Le.i. iussu diocleciani coniect⁹ ē in vinculis: vbi multa p

pessus: sancte anastasie alimonijs fouebat. Cū igitur beatā anasta siā zelās vir eius publius: custodibus adhibitis ita clausisset: vt nec cū vt cūqꝫ fenestrali aditu expectaret. Adhūc cōfessor ē xpi grisogonū q eā in xpo erudierat: talia scripta de custodia dirigit. Scō cōfessori xpi grisogono: anastasia. Lꝫ pr̄ mihi cultor fuerit idolorū: mr̄ tñ fausta: xpianissima semper vixisse pbat: ꝛ casta. Hec me iter ipsa cunabula: fecit fieri xpianā. Post cuius excessū: sacrilegi iugū mariti susce(pi. Le. ij.

Q[Uius deo miserāte torū mentita infirmitate decli]nās: die noctuqꝫ dñi nr̄i iesu xpi āplector vestigia: cū iste primo niū meū: ex quo illustrat cū indignis ac turpibus idolatris exhaurit: me quoqꝫ veluti magā atqꝫ sacrilegā: custodia tā grauissima mancipauit: vt vitā me corporalē amittere suspicer. Nihil enī supest: nisi vt amisso spū morti succūbā: in q̄ morte licet glier de cōfessione dñi nr̄i iesu xpi: tñ in eo mea mēs valde cōterit: q2 opes mee: q̄s ego exagerasse deo vouerā: alienis a deo ꝛ lucris turpibus inseruiūt. Et ideirco deprecor te hō dei: vt in ista dñꝫ deprieceris: vt aut in fidē suā vēturū si puidet publiū sinat venire: aut si pnidet eū in hac incredulitatis puersitate māsurū iubeat eū: locū dare suis cultoribus. Melius est enī exalare spiritū: quā dei filiū denegare: ꝛ eū cōfitētes impedire. Et enī oīpotēs testis est xps: q si liberata fuero: scōrū vestigijs adherebo: ꝛ curas oīuꝫ sollicite exercebo vt ceperā. Uale vir dei: ꝛ memēto mei. Le. iij.

Q[Um hāc epistolā legisset grisogonus orō]ne facta cū multis cōfessoribus: ita rescripsit. Fluctuāti inter pcellas ꝛ turbines mūdi: cito sup vndas deābulās xps adueniet: ꝛ diaboli aduersū te flantē spiritū: vno iussionis sue sermōe cōpescet. Patiēter ꝛ quasi ī medio mari posita: crede ad te xpꝫ vēturū: ꝛ ad temetipsā ɔuersaꝫ exclama cū pphera dicens. Quare tristis es aīa mea: ꝛ q̄re cōturbas me? Spa in deo: qm̄ ad hnc confitebor illi: salutare vultus mei ꝛ deus meus. Geminū diuini muneris pbatū iudiciū: cū tibi ꝛ terrena reddūtur ꝛ pmittunt celestia. Dñs enī beneficiū suū ad hoc in extremitatibus ptrahit: vt nō sit nobis vile qd̄ pstat. Uide ne turberis in hoc qd̄ pie viuētibus aduersa inferātur nō enī deciperis sꝫ pbaris. Nō est tuta defēsio: quā putas per hoīem posse cō(stare. Lec. iiij.

A[Udi scripturā dicētē. Maledictus hō: q spē] ponit in homine. Et bñdictus hō: q spē suā ponit in deuꝫ. Caue fortit: vigilāt: strēue vniuersa peccata: ꝛ a dō solo q̄re solatiū cuius iussa seruas. Cito. n. ad te placitū tēpus ɔuertet: ꝛ q̄si post natas tenebras: floridū diei lumē accipies: atqꝫ post glaciale frigus hyemis trā

feruntis:aurea tibi ppa z serena succedūt:vt oibus q xpi amore affli
gūtur:prebeas tpalē leticiā:p quaꝫ sine dubio cōseqris eternam.
Uale in dño:z ora p me. Hanc epistolā legēs anastasia:fortiores fi
dei vires accepit:tū de patiētie vtute gl'iari:q̄ntū plus de oppssione
Lectio v.
Sibi beata (infidelissimi viri se causabat' affligi.
anastasia cū ita custodia strīgeret:vt vix ei aq̄ daret estimās se
in ipsa tribulatiōe deficere:scripsit epl'aꝫ beato martyri. Cōfessori
xpi grisogono:anastasia. Finis venit corporis mei:memento mei:vt
egrediētē aiam meā:ipse suscipiat pcenius amore ista sustineo: q̄ ex
hac vetula recognoueris. Ad hec scūs grisogon':talia remisit scri
pta. Grisogon' anastasie. Semp ē:vt lucē tenebre antecedāt. Sicut
enī post infirmitatē sal' reuertit':z vita post mortē pmittit'. Uno fi
ne cōcludūtur z aduersa hui' mūdi z pspa:ne vl' tristib' desperatio:vl'
let; ofo dñe'. Unū mare ē:i quo nauicule corpis nri velificāt:z sub
vno corpis' gubernatore aie nře nautico fūgūt' officio. Quoꝝdā igi
tur naues fortissimis carinaꝝ nexib' solidate:tenebrosi equoris oci
tatos fluctus pretereūt. Quorundam vero fragili iunctura lignoꝝ
etiam in tranquillo viciniꝫ morti cōficiūt cursū. Prope est enīꝫ vt
pereant:quinon cogitant qualiter ad salutis portum pertingant.
Tu autē o christi famula:irreprehensibilis crucis tropheū tota mē
te constringe:z te ipsam ad opus dei ppara in quo si suis desiderijs
dum parueris:cū martyrij palma:ad xpm attinges. Lectio. vj.
Sibi dioclecianus aquileijs ptib' positus:interficiēs xpianos
iussit adduci beatū grisogonū:cui cū diceret accipe pfecture di
gnitatē:sume etiam cōsulatū generis tui:tm vt adores deos: beat'
grisogonus respōdit. Unū deū mēte adoro:corde colo:sinceris acti
bus veneror:istorū aūt deoꝝ vřorū simulacra:qi omnino demonuꝫ
thecas noui esse:execro atq; abijcio. Tūc iussu diocleciani ductus
est ad aquas gradatas:z ibidē decollatus z corpus eius i mare, pie
ctuꝫ:post modicū in possessione q̄ dicit' saltus inuētū. Quod scūs zoy
lus senex z presbyter collegit:z i locello subterraneo i cubiculo suo
posuit. Cui etiā caput ei' reuelatū est ita recēs q̄si eadē hora fuisset
abscissū. Quod corpi ei' cōpaginauit. Passus est aūt beatus griso
